ſine lingua ſermonem non habens vel ei ſi
milis balbus· Elimentarius qui de climen
tis tractat· Eliopolis vrbs egipti que lati
ne ſolis ciuitas ſicut lxx interpretes arbi/
trantur ·edificata eſt autem a filiis iſrahel·
in qua petefres ſacerdos fuit· cuius memi
nit ezechiel · Elion apud hebreos qntū dei
nomē dicitur elio quod interp̄tatur in lati
num excelſus quia dominus ſupra celos ē
ſicut ſcriptū eſt de eo· excelſus dominus ſu
pra celos· excelſus autē dictus pro valde
celſus· ex enim pro valde ponitur ſicut exi
mius quaſi valde eminens· Elio id eſt ſpe/
cioſo ſole· Eliotropia gemma viridis colo
ris & nubilo ſtellis puniceis ſuperſparſa·
cū ſanguineis venis cauſa nomi de effectu
lapidis eſt· nam deiecta in labris eneis ra
dios ſolis motat ſanguine ore percuſſo· ex
tra aquam autem ī ſpeculi modum ſolem
accipit deprehenditq; defectus eius ſubeū
tem lunam oſtēdens magorum impuden/
tie manifeſtiſſimū in hoc quoq; exēplum
eſt quō admixta herba elictropia quibuſ/
dam additis precationibus gerentē conſpi
ci negant· gignitur in cipro & affrica ·ſed
melius in aethiopia ·Eliotropium nomen
accepit primo ꝙ eſtiuo ſolſticio floreat et
ſolis motibus folia circūacta cōuertit· vñ
& a latinis ſolſequia nuncupatur· nam &
ſole oriente flores ſuos aperit· & iterum ſe
claudit cum ſol occubuerit· ipā eſt quam
latini intubum vocant ſiluaticum · Hec &
verrucaria ꝙ extinguat verrucas in aqua
potata vel in cataplaſmate poſita abſtergat
Eliotropium herba quam latini intubum
ſiluaticū vocāt naſcit̄ vbicūq; ī locis cultis
& in muris & in pratis legi ſe parat omni
tempore · Elios graece latine ſol dicitur ·
Elion excelſus· Eliquata purgata ·Elio/
tropios lapis eſt viridis ſanguineas habēs
venas· Elipſis colliſio conſonantium cum
vocalibus aſpere concurrentium quedam
difficilis ac dura colliſio· ut multum ille et
terris iactatus & alto ·Eliſſa filius iunan·
a quo greci eliſſe vocantur· Elis interp̄taī

dei mei ſaturitas ·vel dei mei iuramentum·
Eliſeus domini ſalus interp̄tatur· vocabu
lum autem a preſagio accepit · Deniq; &
multas virtutes fecit ·& famē pellens po
pulum a morte ſaluauit· Eliſit euertit affli
xit · Eliſei id eſt greci qui & bellades appel
lantur· Eliſium eliſii ſunt campi apud infe
ros in quibus ventus cōmanere ait poeta
virgilius Quamuis eliſeos miretur grecia
campos· At minor eſt nobis ſed bene cul/
tus ager· Eliſeum oppidum etrurie · Eli/
mon miſericors· Elis ciuitas grecie· Eliſis
grece latine reſolutio dicitur · Eliſi repuli·
Eliſios campos beatos · Elixum vocatum
eo ꝙ ī aqua ſola decoquitur· lixa enī aqua
dicitur ab eo ꝙ ſit ſoluta· vnde & ſolutio
libidinis luxus et mēbra loco motata luxa
dicuntur· Elixi aqua cocti· Elito alto· Eli
uteros grece latine liber Eloe deus dicitur
Elogie laudes enucleate vel item archana
vel miſteria deorum· Elogiis carminibus
criminibus· Elogium reſponſum · Eulo/
gium textus geſtorū maloꝝ vel reſponſū
diuinū · Elogia laudes electe ſummatimq;
collecte· vtpote ſiqs in baſe ſtatue alicui9
laudes ſcribat vel in titulo imaginis elogia
dicuntur · Elogia bona locutio · Elogia ps
carminis vel criminis malorum· Elogium
vel ologiū id eſt oblatio vel munus· Elo/
gium proprie nota criminis dicitur · Elo/
gium eſt hereditas in malo · Elogium cri/
men Elogium textus malorum geſtorum
fama eloquium prouerbium qd notarii
dicunt vituperatio vel exhereditatio vel ti
tulus cuiuſlibet rei· vel narratio numeran
tis vel aut ordo criminū· vel viciorū· Eloi
grece eloe qd vtrunq; in latinum deus di
citur Elogia miſeria: Eloquens profuſus
eloquio diſſertus facundus· Eloquentem
et loquacem hoc intereſt ſinceritas facun/
die eloquentia eſt effuſa et temeritas loq̄ci
tas eſt· Eloqui et obloqui hoc intereſt elo
qui oratoris obloqui obtrectātis eſt· Elo/
quium reſponſum Eloquitur bene loqui
tur affaī: Elon quercus ſiue aulon de quo
in libro locorum plenius diximus· Elon
regio campeſtris· aut quercus· aut rube9
Elo exercitus eius ſemper in hebreo· aut
turme militum deſcribūtur aut opes· Elo
lath in tribu iuda· Eloi deus Eloens lauās
Elpis graece latine ſpes · Elucet· fulget·
emicat excellit precellit antecellit enitet pre
fulget Eluctabile extinguibile id eſt ꝙ vin
ci poteſt· Elucubratum exquiſitum euigi
latū languidū· Eludere impedire detinere

frustrari calumniari ludificari Eluicii nom
gentis qui nūc sequani appellantur: Elul
i macheorū libris augustus qui apud nos
sextus vocatur · Elluo luxuriosus prodi/
gus nepos sumptuosus consumptor glu
to caneo decoctor deuorator popino ābro
Elluuies fosse lacune voragines · Elluens
lauans purgans · Eluere diluere purgare
Ellubium diluuiū · Elucubratū euigilatū
vel vigilia laboratum · Elucidum · tenue ·
Elumbem dissolutū molle infirmū virus
infirmam libidinem qui sine viribus facit ·
Eluitur purgatur · Eluuies liquor quidā
de quo aliquid eluitur vel lacuna: Elutro
elabo · Eluit diluit delauat excutit · Eliciēs
producēs · Elul mensis augustus · Eluxit
luctum deposuit: Elissa regīa tiria lingua
virago dicta · et quia vice viri postea virili
ter mortē eripuit · Eli deus · ¶ Em admira
tio siue increpatio · Emacitas emendi auidi
tas Ema grece sanguis · Eman robustus ·
Emanat ebullit procedit · Emācipare e ma
nu tradere · Emancipat manumittit · Em a
nuel ex hebreo in latinū significat nobiscū
deus · scilicet quia per virginē natus deus
hōibus in carne apparuit · Emarcitas mar
citudo · Emarcuit languit · Emath furor q̄
grece dicitur calor vel sanguis · Emati a no
mine ematiōis regis antea nūcupati sunt.
postea macedones Emathites lapis apella
tus eo ꝙ cute resolutus in colorem veniat
sanguinis · est autē admodum liuidus · ē et
ferrugineus · nascitur in vltima babilōe &
hispania · emathites lapis rubore sangui/
neus ac propterea ematites vocatur · emat
quippe sanguis est · gignitur in ethiopia
quidem sed principaliter in arabia & affri
ca inuenitur Emax tenuis maceria vel qui
amat emere aliquid · emptor · Emancipator
liberator · Emathdor in tribu neptalim se/
parata leuitis · Emath terminus allophilo
rum in regione damasci · Emath regio allo
philorum porro iuxta hieremiā ciuitas da
masci interp̄tatur · Emarcuit elanguit con/
tractus est · pallidus fuit · Ema calor eorū
Emman mater eorum · Emati macedones
Embolismus ānus est qui xiii menses lu/
nares id ē · ccc · lxxx · dies hr̄e monstratur ·
ipe est ānus sancto moisi diuinitus reuela
tus · in quo iubētur hi qui longius habita
bant in secūdo mense pascha celebrare Em
bolismus autem grecum nomen est · quod
interp̄tatur latine superaugmentum eo ꝙ
expleat numerū annorum cōmuniū · qui
xi · dies lunares de se cernūtur · Embolismi
autem anni et cōmunes sic inueniuntur · si
a xiiii · luna pasce p̄cedentis vsqꝫ ad xiiii ·
sequētis · ccc · lxxx · quatuor dies embolis/
mus annus est. si ccc · l · quatuor cōmunis
Embroce grece fornicationē: Emblema va
rietates q̄ solēt fieri in pauimētis vel ꝓpo
sitio obscura vel habūdantia vl' copia: Em
dola idola: Emēbris mēbro cōuulso: Emē
dat castigat obiurgat corrigit corripit mo/
net: Ementit̄ simulat confingit valde mēti
tur · Emense pagente · Emensus conatus
trāsgressus trāsactus per ambulauit · Eme
reor cōplaceo · Emere et redimere ita distin
guitur quia qui emit alienū emit · qui autez
redimit id redimit ꝓprie ꝙ suū fuit et suū
esse desiit · Emergit cōtigit exurgit exigit ·
experat · Emergere exurgere vel exupera
re erūpere · Emereor optineo vel impetro
cōplaceo · Emersiones labes · Emeritā ciui
tatem cesar augustus edificauit postq̄ lusi
taniā et quasdam oceani insulas cepit dans
ei nomē ab eo ꝙ ibi milites veterāos cōsti/
tuissꝫ nam emeriti dicunt̄ veterani solutiqꝫ
militia · Emeritus qui militare desiit · Eme
rita arma secura victritia Emetriteo febris
Emeteron nr̄a · Emerius dicitur totus ꝑ
fectus miles veteranus qui iam cōpleuit
miliciam quia mereri militare dicit̄ · Emer
sa emissa · Emetati ergangane · Emetretꝰ
gelesuth · Emi verbum substātiuum est · i ·
sum cuius participiū p̄ntis tēporis neutri
generis ens plurale eius oysa · i · entia cui
addita iota format hoc nomē ꝙ est vsia id est
essentia · Emitriteus febris est ex qua diffi
cile euaditur · Emitriteus est qui mouetur
horis x · et viii · et quiescit horis vi · si vero
medius est emitriteus mouet̄ horis xxxvi
et quiescit horis xii. si vero grandis ē emi/
triteus mouetur horis xlviii · et quiescit ho
ris xii · Tres sunt autem emitritei medius
maior et minor medius est qui terciano cō
iungitur · maior vero q̄ quartano · minor
qui quottidiano. ¶ Emicadium vas olea/
rum. Emicat fulget excellit precellit elucꝫ
enitet · Emina apprehendit libram vnam
geminatam sextarium facit. Eminat pro
cedit. Eminens altus excelsus sublimis ī/
mensus arduus fastigiosus. Emit merca/
tur nundinatur · Emicat lucet subito splen
det vel apparet exilet vel fulget. Emices
id est exilias · Emicuit exiliuit subito appa
ruit fulsit claruit splenduit effulsit emituit
vel magnꝰ extitit. Eminiculis modice emi
nentibus · Eminat extat aut excellit altitu
dinē extollit. Eminicule eminētes ī mēoriā

reducit· Eminus ꝓxime· non longe ꝓcul·
modice. Emini gigantes Eminentiſſimus
altiſſimus p̄cipuus eſt· Emineo appareo·
Eminet exaltat precellit vel altus eſt· Emi
nentior excelſior illuſtris: Emiſſarius par
ricida homicida ſicarius ſatelles latro gladi
ator percuſſor excuſſor ſanguinarius g̈ſſa
tor predo pirata: Emiſſarius flagitiorum
et luxurie ſatelles: Satelles autē a ſatis ma
le faciēdo dictus eſt: Emiſperia dimidia ps
ſpere eſt: Emiſperion ſupra terras eſt ea
pars celi que a nobis tota videtur: Emiſ/
pherion ſub terra eſt que videri nō poteſt
quandiu ſub terra fuerit: Emiſperia id eſt
ſemicirculi dimidia pars ſpere eſt: Emiſſi
ones tue munera tua deflectibilia: Emi/
nulis porrectis· Eminiſſe creſcere· Emini
ſcitur in memoriam reducit vl' reuocatur·
Eminus econtra longe procul fere vel nō
longe vel ꝓpe longius ꝓximus: Emiſſus
eſt euaſit exceſſit eripuit ſe· effugit extu/
lit ſe abiit erexit ſe exiliit egreſſus eſt exiit
ꝓfectus eſt emiſſus eſt perrexit: Emittes
lapis ebori ſimilis ī quo darium conditum
ferunt parioq; ſimilis candore et duritia·
minus tamen pondere iſq; vocatur porus
Emit mercatur comparat nundinatur cō
mutat: Emittit eiectat vel eructat Emittit
telum conicit telum contorſit telum· Emi
tatio emulatio: Emithia pars macedonie·
Emitogium dimidia toga· Emiſſus velox
fugax: Emiſſum dimiſſum· vel de manu
miſſum· Emiſſam hiemem factam tēpeſta
tem: Emolumētū fructum vſura lucrum
premium vel merces laborum: Emolumē
tum acquiſitio id eſt preciū cuiuſcunq; rei·
lucrum alienū vel vſura ſiue zelum cōpen
dium dampnū: Emolumenta dona hono
res munera premia precia fruct9 merces
cōmoda: Emobtois emiſſio ſanguinis per
os vnde et nomen accepit· emaih enim ſan
guis dicitur· Emobtoici ſunt qui ſangui/
nem per os reiciunt ſed iactatio ſanguinis
non eſt ex vna cauſa· Sunt enim quibus
de faucibus ſanguis erumpit aliis de gula
Sunt enim quibus maxime ex pulmone
aut ex arteriis rūpitur vena aliis ex vētre
ex aliis capite Emorrogia idē qui ſangui
nem per vrinā fundit: Emorrodia vl' mor
ruita warza: Emorreuſa id eſt ſanguinem
fluentē refluo Emat grece ſanguis· Emor
roide a ſanguinis fluore dicte: Emorrois·
aſpis nuncupatur ꝙ ſanguinem ſugat· q̂
ab eo morſus fuerit diſſolutus venis quic
quid vite eſt per ſanguinem vacat: Emor

rois grece latine ſanguis inde emorroſuā
fluxus ſanguinis· Emota labefcta· ſub/
uerſa aut fedata cōq̈ſſata loco emota euul
ſa· Emouere excludere expellē eicere euel
lere eximere educere extrahere ſubuertere
eruere loco pellē: Emortuus ex pte mor/
tuus: Emoti expulſi: Empicii ſunt ſanieſi
his autem ſequitur repentina effuſio ſani
arum cū febrium acceſſiōe· Emplema ima
go facta ex marmore vel habūdantia· Em
phaſis exaggeratio qd' gradatī creſcit· Em
phatice kit ppbrlkhp: Emplaſtrum falka·
Empheria expientia: Empirium id ē igne
um: Emphis terroribus cōuitiis· Empori
um rietthamera· Empus impatiens amēs
Empurius locus ſuper mare: Emptio &
venditio eſt rerum cōmutatio atq; contra
ctus ex cōuenientia veniens· emptio autē
dicta ꝙ amiſit et venditio quaſi venunda/
tio id eſt a nundinis· Emptorium ab em/
ptione locus vbi negotia exercentur Em
ptionibus cōſcriptis: Emptor emax· Em
prodere excludere: Emulatio imitatio ini
micitia inſectatio inuidia· Emulans oble/
ctans· Emulcens oblectans· Emula con/
traria id eſt inimica· inuidens aduerſaria·
Emulatio diſſenſio· Emulū ſimilē· Emuli
imitatores vel inuidi inimici· Emulator· i·
vindex· zelans· Emūctoria· i· forcipes cū
quibus lucinia que in lucernis candelabri
ſunt purganī Emuniles modice eminētes
Emungo lucernā rotundo· ¶ Enauit ena
tauit trāſuolauit· Enātion grecū verbū ē·
qd' latīe et ante et cōtra ſignificat· Enaſciī
qd' e terra et aq̄ exurgit: Enarithma vni9
numeri· Enna q̄ eſt iuxta deſertū cades·
Enachim fortes interp̄tanī & in hac inter
fecit ihs enachim gigātes de regiōe mōta/
na in chebron ſed mihi videī nō eſſe nomē
loci enachim ſed habitatorē chebron· Ena/
chim qd' ſimmachus & aq̄la trāſtulerunt
vallē: Ennan in tribu iuda hodieq; villa ē
bethenim circa therebintū· Enaphora re/
uelatio quotiens vnū per comaticū princi
piū repetiī· Enantropis hominibus· Ena
da in tribu iſachar eſt aūt vſq; hodie que/
dam villa noīe enadab ꝓgētibus de eleu/
theropoli eliā q̄i in x miliario Ennaſar ī tri
bu neptalim poſita eſt. Ennan terminus
damaſci ſic ī ezechiel legiī ad orientez vḡēs
atheman et pſalmites q̄ ceteri īterp̄tes edi/
derūt thamar· Ennathō grāz dātes Enna
da fōs exacut9· Enac hūilis cōſurges En
nā ecce hec ſūt Ennathā addētes Enaggali
fōs oclſ vitloꝝ Enarrat ediſſzit explanat

Enatabimus euadimus: Ena vnum: Encenia noua templi edificatio· grece eni encenon dicitur edificatio noua· qn̄ enim aliquid nouū dedicatur encenia dicit· hoc iudei menſe octobrio colebant: Enceladus· vnus ex gigantibus: Encenia initia vel dedicatiões: Encetecia machinula lignea qua amphora ſuſtinet Enceridon dictū ꝙ mãu adſtringitur dum plurima cõtineat ferrumentū· chiros enim grece manus dicitur· Encliti glorioſi: Encletice copulatiue· Endegas xi· anni· Endegas ſillaba verſus decem ſillabarū· Endẽtes gens grece· Endexia a dextra· Endia gencia· Endire prantretia· Endoceū indigeſtū· Endogenia naturaliter amena· Endoriguū irritum mã ſuetū· Endor in tribu manaſſe vbi phitoniſſa a ſaule iude rege cõſulit· Diximus et ſupra de endor que eſt iuxta oppidū· nam ĩ eius poſtibus ſaluator filium vidue ſuſcitauit· eſt aūt circa ſcytopolim: Energumi inoperoſus demonioſus. Enectus obſcuratus· Eneiã nutricẽ caieta ſignificat· Enema grece latine notio nuncupat· Enecat9 enectus ſtrãgulatus· Energia agilitas grece energia eſt rerum geſtarū quaſi ſub oculis inductio· Enerua· i· demẽtia Eneruare exulcerare exaſperare exacerbare Eneruata ſine fortitudie euacuata lãguida· Eneruatus neruis abſciſus· Enernis ſine virtute· Eneruis dicit quaſi ſine neruis. i· inualidus· ¶ Enfaticos exaggeratiue· Enfraxis epatos grece· i· cõcluſio operis alicuius vł mẽbri neceſſarii· Enfiteare negare· ¶ Engati locus vbi finit mare mortuū atꝗ conſummatur Engati fontem oculumue vitulorū interp̃tat in hebreo: Engaddi ĩ tribu iuda vbi abſconditus eſt dauid in ſolitudine que eſt in aulone hierichus hoc ẽ in regione illa campeſtri· de qua ſupra dixim9 Vocatur aūt vſꝗ hodie vicus pergrandis iudeorum in gada iuxta mare mortuum· et opobalſamū venit quas vineas engaddi ſalemon nominat: Enganim in tribu iuda nũc eius vicus iuxta bethel· Engallim in principio eſt maris mortui vbi iordanis ingreditur· engallim interp̃tatur fons oculuſue hedi iuxta hebreū ſermonem· Engrifios azimei· i· ſubcinericios panes. Enchiridion id eſt manuale· Endelichia· i· pſichen· Scd̃m calcidium perfecta etas· Scd̃m ariſtotelem abſoluta perfectio interp̃tatur Plato tamen endelichiam animam mundi dicit et dicta endelichia quaſi endos lechia id eſt intima etas· Endiadin vna res ĩ duo diuiſa En ego ecce ego Enica adultera idolorū cultores: Enidon inſula· Enibanū vrtica: Enidris coluber in aqua viuẽs: Enidris beſtiola ex eo nũcupata ꝙ in aq̃s verſetur et maxime in nilo ſi inuenerit dormientẽ crocodrillū volutat ſe in lutū primū et intrat per os in ventrẽ & carpens oñia interiora ſic morit· Enidros gẽma ab aqua vocata· Enigma eſt obſcura intelligẽtia q̃ difficile intelligit niſi aperiatur vt eſt illud de comedẽte exiuit cib9 & de forte egreſſa eſt dulcedo ſignificat ex ore leonis fauum extractum· inter allegoriã autẽ et enigma hoc intereſt ꝙ allegorie gemina uis eſt. & ſub reb9 aliis aliud figuraliter indicat Enigma vero ſenſus tm̄ obſcurus eſt et ꝑ quaſdã imagĩes adumbrat Enigma ẽ obſcura ſnı̃a ꝑ occultã ſilitudinẽ rez ut mr̃ q̃ me genuit eadẽ mox gignit a me ſignificat aquã in glaciem cõcreſcere et eadẽ rurſus effluere· Enigma eſt obſcura parabola ut eſt illud yſaie ꝓp̄he anteꝗ parturiret peperit et et anteꝗ veniret partus eius peperit maſculū ꝙ ſic intelligit anteꝗ chriſtū virgo ꝑturiret in carne genuit eū pater in diuinitate et anteꝗ tẽpus virgini ꝑturiẽdi veniſſet genuit eum ſine tempore pater· Emptus fluuius theſſalie· Enigma eſt dictio figuralis ſimilitudo vel obſcuriloquiū vel obſcura intelligentia vel tipus figure ſpecies obſcura· Enigmata ſimilitudines aut imagines vel queſtiões obſcuras· Enimuero interdū affirmatiue reperitur & ẽ cõpoſitum ex enim et vero et habet accentū in penultima· Enigmatiſtes qui figuraliter loq̃tur· Eneſis laudatio· Eniſi cū labore conati· Eniſus elocutus eluctatus conatus elaborauit vł adiuuit Enitere conare fulgere Enitor valde nitor conor· Enitet· fulget. Eniteſcit ſplẽdeſcit clareſcit· Enituit fulſit maior extitit ſplenduit effulſit claruit eluxit· Enixa duas res ſignificat & conatum ad efficiendum aliquid et que partu liberata eſt mulier· niti enim eniti conari efficere eſt· Enixa eſt peperit parturit genuit gignit· Enixe ſtudioſe ſedule cupide attente ſumma ope ſumma voluntate· Enixius diſtrictius· Enixa pariens partu liberata nata vel oppreſſa· Enixe humiliter ſupplicans ſedule libenter impenſe attente vł omnibus viribus niti· Enixus generatus vel creatus· Enneaptongon chelin id eſt viiii chordarum lyram· Chelis grece lira a brachiis que greci chelas dicunt· Ennea nouẽ pthongis ſonis· Ennea pthongon ergo· i·

viiii·ſonituū· ¶Enoch edificatio interp̄ta
tur vel dedicatio in ip̄ius enim nomine ciui
tatem edificauit kam· Enocus comedia cō
mixtio vł refectio·Enodare elucidare ape
rire explanare·Enodat explicat euoluit de
mōſtrat declarat.Enodis ſine nodo. Eno
dabilꝫ qđ ſolui nō poteſt diſſolubile vel fa
cile Enocilis piſcis ſtagneus que latine an
guilla dicitur.Enormis īmenſurabilis nor
ma eſt regula vel mēſura inde enormis dici
tur cuius menſura profui magnitudine in
ueniri non poteſt. Enormate cui addi mi
nuiue non poteſt.Enormis ingens ſupra
modum ſine menſura longus vel ſine for
ma.Enodat demonſtrat planū facit decla/
rat· probat explicat ad ſummū perducit·
Enos laus leticie locus vel homo interp̄/
tatur·Enotili glorioſi·Enperia grece pru
dentia:Emperica·i· experimentū medico
rum inuenta eſt ab eſcolapio que nunc in
diciū ſignificat ſed ſolis conſtat experimen
tis·Enperici experientiā ſolam ſectantur
Enpus dicta a ſtomacho intrinſecus vel in
ſtomacho vel in latere cū dolore et febrib9
ec tuſſis et habūdātibus ſpumis et pruru
lentis:Enpumatoſim grece inflatio dicitur
Enporitica genus carte dicta ꝙ ea mer/
ces inuoluūtur cum ſit in ſcripturis minus
idonea:Enp̄ntotania·i·cōtractio neruoꝝ
Inter enſem et gladiū hoc intereſt·Enſis ē
ferrum tantū·gladius vero totus· mucro
aūt non tm̄ gladiū ſed & teli acumen eſt ·
Item gladium generaliter dici·enſem in p̄/
lio·mucronem in opere·Enthimema men
tis conceptio interp̄tatur:Enpirica expe/
rientiſſima:Enpirio intellectuali celo·En
pirio igneo:Enſis nefandi inenarrādi gla
dii: Enſicium a ſecando vel ab enſe : En/
ſis gladi9 mucro pugio macera ferrū telū·
capulum:Ens·i· ſubſiſtens ¶Enteaſmos
eſt ſpecies minima piculoſa nimiuū·iſti ve
ro ſubito arripiunť cum ſaltacōe pedū vel
manuū plauſu vt audiant ſibi intra auriū
cauernas voces diuerſas tibiarū cantantiū
ſimphoniarū aut cimbalorū pcutientiū ſo/
nos & cum nimia dilectione eis reſonat ſi
cuti parce ad aras ſacrificiorū ſolebant di/
uerſitates ſonorum parare aut ſacerdotes
qñ libamina dīis exhibebāt· tunc iſtis ſo/
nis moliebanť ſic iſtis ſonis in cerebro rep
cutientes ſibi audiūt et auditis ſonis iſtaꝝ
ſaltantiū ſubito rapiunt gladiū aut mace/
ram et ſe percuciūt et nō ſentiunt aut mor
ſibus ſe attrectāt vel in aliis hoibus facere
nō dubitāt:Enteria inteſtina grece: Enti
cam greco nomine repoſitā rei copioſam
ſubſtanciā appellamus:Entimema latine
interp̄tať mentis cōceptio quē imperfectū
ſillogiſmū ſolent artigraphi nūcupari·nā
in duabus partibus eius argumēti forma
cōſiſtit quō id qđ ad fidem faciendā perti
net vticur ſillogiſmorū lege p̄terita vt ē il
lud ſi tēpeſtas vitāda eſt nō eſt igiť naui/
gandū· ex ſola enī ꝓpoſitcōe cōſtat eſſe ꝓfe
ctum vnde magis rethoribus ꝙ dialecti/
cis cōuenire iudicatū eſt Ente·i·ſiſtēte En
ſiculi ſwertili · Entellin grece impare dicť
Enucleate expolite exculpte elimate·Enu
cleo propēdo examuſſim inquiro· Enhu
ceſarē auguſtum ſignificat·En umerare i/
putare narrare ordinare:Enunqꝫ ergo ali
quando:Enucleatum purgatum: Enucle
atum vt ſolent nuclei mundari et a teſta ſe
parari vel purgari:Enucleatim clare ma/
nifeſte vel luculenter: E nubibus de aere
Enucleauit vel manifeſtauit expoſuit ex
abditis:Enucleare enodare aperire expone
re·Enucleata diligenter inquiſita purga/
ta·Enumerat enarrat increpat ordinat im
putat:Enuntiat denūtiat profert·En ve
ro dum vtiqꝫ:En vſqꝫ ecce vbi: Enutritor
alitor:.

EOlica quinta lingua grecorum Eo
dem ipſo quo & vos·Eoliden eoli
filium·Virgł·Miſſenum eoliden quo nō
preſtantior alter·Eolides greci q̄ et eliſſei
Eologia laudes enucleate id ē archana mi/
ſteria deorum·Elogium reſponſum diui/
num: Eonia vocata a fonte quodam apol
linis et muſis conſecrato qui in eadem pro
uintia eſt·eadem et boetia:Eoratus fluui9
laconis qui ab apolline ſuos edocet lauros
quibus eius plene ſunt ripe in cuius ripa
lauri ſunt cuius arbores ediſſe carmen po
eta refert:Eoos grece dicitur primus ſplen
dor aeris quē aurorā vocamus:Eoos lux
oſterlicher:Eous eſt hō de oriente ex au/
rora vel lucifer interdum & pro ſole poni
tur vt apud poetas: Eo vſqꝫ intātum vntz
hieher: Eo illuc aduerbium· E ois equis
orientalibus·Eolice grece:Eon grece lati
ne ſeculum dicitur: Eois orientalibus·vel
horis matutinis:Eos grece latine aurora·
primo eoe id eſt in ortu diei Eoo orientē ſo
lē ortu matutino·Eortatica ſollēnes·Eon
etas vel tempus. Eoqꝫ intantum· Eologi
um famam· Eologi verſiculi· Eonas gre
ce ꝙ aliqñ aput grecos ꝓ ſecľo aliqñ ꝓ et
no ponit Eoſonia auctoritas vł cōſuetudo
Eoagri9 fer9 Eoas acies exercii9 orietał·

Eo magis ideo magis· Eominus ideo val
de minus: Eomenidū deum furiarū· Epa
ctas grece vocant latini adiectiones luna
res annuasq́ Luna enī iuxta curſum ſuū
xx·nouem ſemidies lucere dinoſcit̄ et fiunt
in anno lunares dies trecenti quīquagīta
iiii· remanent a curſu anni ſolaris dies vn
decim quos egiptii adiciunt· vnde et adie
ctiones vocantur· Abſq́ his nō inuenies
lunam quota ſit in quolibet anno et menſe
et die· Iſte epacte ſemper vndecimo kl'· ap
lis die reperiunt̄ in eadem luna que fuerit
eodem die· Continentur aūt circulo decen
nouenali· ſed cum ad xxviiii· epactas pue
neris qui eſt ciclus nonus decimus ſequē
ti āno nō addes ſup xxviiii vndecim vt de
cem annunties detractis xxx· ſed inde re
uertaris vt vndecim pronūties· Epactarū
dies vndecim ſunt qui per ſingulos ānos
ad curſum lunarem accreſcunt· Nam dum
in anno xii· lune ccc·liiii· habentur dies re
manēt ad curſū anni ſolaris dies xi· quos
egiptii epactas vocauerunt pro eo q ad ī
ueniendam lunam per totum annum adici
untur· Epana dei quam regreſſionem vo
cant· Epanafora eſt in vno verſu pro pñ
cipio ſenſuum eiuſdem verbi repeticio vt
eſt illud· Creſcit amor nūmi quātum ipā
pecunia creſcit: Epangelia eſt promiſſio q̄
iudicem attentum facimus pollicentes aliq̄
magna aut minima dicturos: Epar iecur
dicitur inde epatica paſſio & epatica vena
eſt· prima pars domus: Ep areua patula
aque: Eparcus pfectus grece dicit̄· Epa
nados regreſſionem: Eparchion grece ſta
tio aut taberna · ¶ Ebdomada apud nos
vii· dies· apud hebreos vii· anni· Ebdoma
dadicta a numero vii dierū quarum repeti
cione menſes & anni et ſcl'a p eraguntur:
Epta enim greci ſeptem dicunt· hanc nos
ſeptimanam vocamus quaſi ſeptem luces
nam mane lux eſt· Octauus autē dies idē
et primus eſt ad quā reditur & a quo rur
ſus ebdomadadis ſeries Ebdomada autē
vii· feriis conſtat & feria a fando dicta q̄ſi
faria eo q in factione mundi dixit deus p
ſingulos dies fiat lux: Epemeris abbreui
atio rerum: Ephemeris qd' habent mathe
matici vnde nomina colligunt· vel comme
moratio actus quottidiana res: Epenthe
ſis appoſitio in medio vt maneant in relli
gione nepotes pro religione al'· vt relliq
as p reliquias: Ependiten palliolū: Ephe
bum iuuenem· Epibata greco nomine lati
ne ſupueniēs· Inter epicenō et cōmūe hoc ī

terē cōmūe dictū q duob9 gn̄ibus nomē
vnū cōmūicat vt hic et hec canis huic cōtra
riū eſt epicenon quia vtrūq ſexū ſub vno
genere annūtiat· ut hic piſcis· eſt enī incer
ti ſexus qd' nec natā nec oculis diſcernitur
ſed ſenſus tantū peritia· Epicerema eſt lati
or rethoricis ſillogiſmus latitudine diſtans
et pductione ſermonis a dialecticis ſillo
giſmis pp̄ter qd' rethoribus datur: Epicu
rei dicti ab epicure quodā pho amatore va
nitatis· Nam ſapiētie quidā phi porcū no
minauerūt quaſi volutās in carnali volu
ptate corporis q̄ etiā dixit nulla diuina p
uidētia inſtructū eſſe aut regi mūdū ſed ori
ginē reſumat ab inſecabilibus atomis et r̄l'·
Epicroculū palliū tenue meretricū dictū
a croceo colore: Epicor9 q̄ luxuriā carnis
ſummū bonū dixit eſſe: Epidaurus a quo
eſculapius rome eſt aduectus ad pupem·
Epiphania grece latine apparitio ſiue maī
feſtatio vocat̄· eo enī die ſideris inditio xp̄s
magis adorandus apparuit· qd' fuit figu
ra pmitie credentiū gentiū quo die et dñici
baptiſmatis ſacramentū et permutat̄ aqua
in vinum per dñi ſignorū principia· Due
ſunt autem ephiphanie prima in qua na
tus chriſtus hebreorum paſtoribus ange
lo annūtiante apparuit· Scd'a in qua gen
tiū pp̄l'us ſtella indice preſepis cunabula·
magos adoraturos exhibuit: Epipate ſup
ueniēs dicitur qui dato naulo tranſiit in ali
am prouintiam · Epiphora lippitudo ocu
lorum· Epilemſia morbus· hec paſſio et ca
duca vocat̄· eo q cadens eger ſpumas pa
ciatur: Epilempſis inſania: Epilempticus
inſanus· Epicureum voluptuoſum· Epi
rus prouintia grecie· Epicina ſubſtantia
abbreuiatio rerum id eſt breue· Epidoma
adbreuiatio· Epictaſis adiectio· Ephippia
dicuntur generaliter omnia equorū orna
menta· Epiphanes illuſtres· Epigramma
eſt titulus q in latinū ſuperſcriptio interp̄
tatur· Epi enim ſuper gramma littera vel
ſuperſcriptio dicitur· Epigramma adbre
uiata ſcriptio· Epigramma epitaphion di
citur id eſt verſus ſuper ſepulcrū· Epigri
claui ſunt quibus lignum ligno adheret·
Ephemerides libri in quibus quottidiani
actus ſcribi ſolebant̄· Epigrammata id eſt
ſuperſcriptiones edictum iudicantis· Epi
logum nouiſſima pars controuerſie · que
preces tm̄ habet vel narratio miſerationis
Epeherema conamē· Epilempſia vocabu
lum ſumpſit q mentem adpendens pariter
etiā corp9 poſſideat· Greci enī appoſitō3

epilempſiam vocāt·fit autem ex melancoli
co humore quotiens exuperauerit et ad ce/
rebrū conuerſus fuerit·Hec paſſio et ca/
duca vocat̄ eo ꝙ cadēs eger ſpaſmos et tre
mores patiatur· Hos etiam vulgus luna
ticos vocant·ꝙ per lune curſum comiten/
tur eos inſidie demonum·ipſe eſt & mor/
bus comitialis id eſt maior et diutin9 quo
caduci tenentur cui tanta vis eſt· vt homo
valens concidat ſpumatqꜫ· Comitialis aūt
dictus ꝙ apud gentiles cum comitiarum
die cuiqꜫ accidiſſ3 comitia dimittebant̄ Erat
autem aput romanos comitiarum dies ſol
lempnis in kł ianuarii· Epilempſie genera
ſunt duo vna eſt talis in qua ſubito cadūt
neſcientes et cōtractiōe manuum pedūqꜫ·
et ceruicis vel tremore quatiunt̄·Alia ve/
ro eſt in qua ſpumāt et tremunt et non cō
trahunt membra cum ceciderint quos vul
gus demoniacos dicunt et hii quidem ex p
te ſentiunt·illi vero omnino ſine ſenſu ſunt
Naſcitur autem hec cauſa de ſanguine viſ/
cido vel amaro de felle nigro viciatoqꜫ cum
ſe miſcuerint cerebrum petunt bulliendo·
in quo principaliter anima habitat qua cō
turbatione cadunt: Epigri claui ſunt qui/
bus lignum ligno adheret· Claui aute3 di/
cti quaſi calibi quia ex calibis fiunt ferro
calips enim ferrum eſt: Ephemerides libri
in quibus quotidiani actus ſolebant aſſcri
bi id eſt adiectiua vel ſuperpoſita nomina
dicuntur eo ꝙ implendam ſui ſignificatio
nem fixis nominibus adiciuntur: Ephiba
ti laici: Ephicerna anathema: Epilogoſi/
tas vpirſprachili: Epilogum narratio mi
ſerationis: Epimelas dicitur cum in candi
das gemmas nigrigat color rel· Epipigra
grecum prelucida: Epiron ꝓpe cum a ter
ra nec vllo mare diſcreta grecum eſt· Epi
rum ciuitas tracie cōdita eſt a pirro cogno
minata Epirus :vbi et caonia vbi templū
iouis fuiſſe dicitur· Epirrus ꝓuintia gre/
cie eſt a pirro achillis filio cognominata·
vt pars chaonia dicta eſt que moloſia a mo
loſo filio pirri qui etiam andromacham ha
buit·ſed poſtqꜫ occiſus eſt pirrus horeſtis
inſidiis. andromacham helenus ſuſcepit te
nuitqꜫ regnū priuigni qui ſucceſſerat pri·
a quo moloſia dicta eſt pars epiri qui he/
lenus poſtea a fratre caone quem in vena
tu p ignorantiā dicitur occidiſſe caoniā no
minauit quaſi ad ſolaciū fratris extincti:·
Epiſcopus viſitator ſuperinſpector ſpe/
culator· Epiſcopatus vocabulum inde du/
ctum ꝙ ille qui ſuper efficitur ſupintēdit·

ſc3 ſubditorum cura3 gerens: Scopus eni
grece latine ſpeculator interp̄tatur· Nam
ſpeculatorem ꝑpoſitū in eccleſia dicimus·
eo ꝙ ſpeculator preſpiciat populorum in
fra ſe poſitorum mores et vitam· Epiſco/
pus vt quidam prudentium ait nomē eſt
operis non honoris grecum eſt atqꜫ inde
illud ſc3 ductum vocabulum eſt ꝙ ille qui
ſuperefficitur ſuperintendit curam ſcilicet
ſubditorum gerens·epiſcopin enī ſupintē
tio dicitur· Epiſinaliphe conglutinatio du
arum ſillabarum in vnam facta·contraria
diereſin vt foeton ꝓ feton: Epiſi in regno
rum que ſuper capitella columnarum po/
nuntur grecum eſt: Epiſtelia ſunt que ſu
per capita colūnarū ponuntur et eſt gre/
cum·ſtila enī miſſio vel miſſa dicitur· Epi
ſtolam proprie greci vocant qđ interp̄ta/
tur ſupermiſſio· ſtola enī miſſio vel miſſa
interpretatur· Epiſtolaris exponis· Epi/
ſtilium brief· Epiſtola miſſa interp̄tatur·
Epicaphium grece latine ſuper tumulum
eſt enim titulus mortuorum quia qui iam
defuncti ſunt·ſcribitur enim ibi eorum vi/
ta et mores et etas· Epitaphiū carmē mor
tuorum vel nuptiarum· Epitaphium gre
ce carmē ſepulcri pleni· aliter ſupra tumu
lum latine· Epitaphius titulus mortuorū
Epitaphion ſuper ſepulcrum verſus Epi
taphium carmē defuncti vel mortuorum
vberſchrift· Ephirus regio europe: Epi/
talamia ſunt carmina nubentium que decā
tātur a ſcolaſticis in honorē ſponſi et ſpon
ſe· Hec primum ſalemon dedit in honorē
ſponſi et ſponſe·i· in laudē eccłie et xp̄i ex
quo gētiles ſibi epitalamiū vendicauerūt
et iſtius gn̄is carmē aſſumptū ē qđ gen9
p̄mū a gētilib9 ī ſcēis celebrabat̄ poſtea tm̄
in nuptiis aceſſit·vocatū aūt epitalamium
eo ꝙ in thalamis decātabatur· Epimpha/
lia ſunt q̄dā emplaſtra q̄ apponūtur vm/
bilico mulierū cōcipere non valentiū vt in/
de facilius p̄gnantes reddātur· Quedā me
dicamīa vel inteſtinorū ps· Epitaſſo im/
pero grece: Epitheta ſunt que nominib9
apponuntur eſt autem grecum vtputa ma
gnus homo dictus· Epitheta que latie ad
iectiua vel ſuperpoſita appellantur eo ꝙ
ad implendā ſui ſignificationē nōibus adici
antur vt magnus doctus adiectis eiſdem
pſonis vt magnus phus doctus hō· ee ē
plenus ſenſus· Epitheton nūqꜫ ē ſine nōie
vt dira celeno ·dia camilla· audax gracia/
nus· Epitheton fit trib9 mōis ab aio a cor
pore fit etiam extrinſecus ſic antonomaſia

Epithema dicta · eo ꝙ ſuperponatꝰ ab his adiutoriis p̄cedētibus· Epitimū grecū no men qđ latine dicitꝰ flos timi · nam flos gre ce timū vocatur · eſt aūt flos vmbre ſimilis Epitoma adbreuiatio · Epitimiticon cōcu piſcibile · Epitriti vocati ꝙ ſemꝑ tres lon gas habeant ſillabas et vnā breuē· Epizeu xis eſt in vno ſenſu cōgeminatio verbi vt ſic ſic iuuat ire ſub vmbras: Ephimerniis · breuiatio rerū· Ephiteta noīa medie ſigni ficationis adiecta nōibus · Ephimenia xe nia q̄ dabantꝰ per ſingulos meſes Ephron .i. cōfirmatus et perfectus: Ephran ·i· in firmus vel impfectus: Ephon genus mē ſure tres hn̄s modios· Epiſinalipha grece latine cōiunctio qn̄ due ſillabe in vnam cō iunguntꝰ· Epizeuxis ſuper cōiunctio Epi ſcitur cōſequitꝰ· Epiredia vehicula · Epithe ta adiecta ſuperpoſita: Epicedion carmen vacui· Epikenon ſuper mixtū cenon gre ce latine lutum dicitur: Ephiaſis ſuper ſa nus· Epichirema executiones vel appro bationes vocare maluerūt: Eptimemerem eſſe cum tres pedes ſequitꝰ ſillaba Ephime ne memoriā· Ephipomima ·i· acclamatio q̄ poſt narratas res breuiter cū exclamaciōe prorumpit: Epimone repeticio crebra ſer monis que multa colligit vnius verbi ite ratione· Epitrochaſmos ·i· dicta ratio cum ſuccincte ea que ſunt effuſa ſuis augmen tis perſtringūt dicenda. Epiuſion periſi on: Epizeuſis que latine cōiunctio dicitur vt eſt dies diei et deus deus meus: Epimi nia victoria ſcenia Epicurei genus phorū Epicurei voluptarii dicuntꝰ: Epicurei vo luptatē laudant: Stoici voluptatē dāpnāt Epica pagina laudabili carmine · Epitonē memoriā preuiarum · Epicroca prelucida· Epitomarius adbreuiator · Eplaſen forma uit fixit grecum eſt · Epona dea equorum· Epodos breuis · Epogdous ſup octauus Epopulariter iactas te apud pplm̄ in ore iactas · Epos grece laus· Epodon in poe mate clauſula breuis eſt · dictum aūt epo don: Epotauit bibit · Epule opes amplitu do copie · Epulatur veſcitꝰ cōuiciatꝰ deliciatꝰ· vel manducatur· Epulaticius qui epulis operam dat· Epule eſca cibus vel diuitie:· Equaritia ſtuot · Equa merch · Equatus · vita priuatus· Equa lance equo pondere equa moderatione vel qualitate · Equa re ctitudine equa tempatione · Inter equitem et equeſtrē et ſequeſtrē hoc interē · Eques eſt qui equo ſedet in armis · equeſter ē aūt ille qui militat in equeſtri ordine eques et

equeſter vnū ſunt · ſequeſter nanq̧ dicitur qui certātibus medius interuenit pro quo vtraq̧ pars equā fidem ſequatur· Eque ſtres milites dicti ꝙ equis ſedeant et in eq̄ ſtri ordine militēt· Eques nō hō et equus ſed ſolus hō eſt · ideo autē tm̄ eques homo dicitur ꝙ aliquomodo ſe habeat ad equū: Equi dicti eo ꝙ qn̄ quadrigis iungebantꝰ equabantur pares forma et ſimiles curſu copulabantur· Cauallus aūt dictus a ca uo ꝑpter ꝙ gradiens vngula impreſſam terram cōcauat qđ reliqua animalia nō fa ciunt inde et ſonipes ꝙ pedibus ſonat Vi uacitas equorū multa· exultātenim in ar mis campis odorantur bellū excitatur ſo no tube ad preliū voce accēſi ad curſum ꝑ uocantꝰ dolent cū victi fuerint exultāt cum vicerint · quidā hoſtes in bello ſentiūt adeo vt aduerſarios morſu petāt · aliq̄ etiaʒ pro prios dn̄os recognoſcunt obliti māſuetu dinis ſeuiunt· Aliq̄ preter dn̄m dorſu nl lum recipiūt interfectis vel moriētibus do minis multi lacrimas fundunt· ſolū enim equū ꝑpter hōieʒ lacrimare et doloris ef fectum ſentire patet· vnde yppocentauris equorū et hōim natura ꝑmixta eſt In ge nerofis equis vt aiunt veteres q̄tuor ex pectantur · forma· pulcritudo meritū atq̧ color · forma vt ſit validum corpus et ſoli dum robori conueniens altitudo latus lō gum ſubſtrictū maximi et rotundi clunes pectus late patens corpus omne muſcu lorum denſitate nodoſum pes ſiccus et cor nu concauo ſolidatus · Pulcritudo · vt ſit exiguum caput et ſiccum pelle ꝓpe oſſibꝰ adherente breues et acute oculi magni na res patule erecta ceruix coma denſa et cau da vngularum ſoliditate fixa rotunditas· Meritum vt ſit animo audax pedibus ala cer tremētibus mēbris qđ eſt indicium for titudinis quiq̧ ex ſumma quiete facile cō citetur vel excitata feſtinatione nō difficile teneatur · motus autem equi in auribus in telligitur virtus in mēbris tremētibꝰ· Co lor hic p̄cipue expectādus badius aureus roſeus mirteus ceruinus giluus glaucus · ſcutulatus canus candidus albus guttatꝰ niger· Sequenti autem ordine varius ex nigro badioq̧ diſtinctus reliquus varius color cinereus deterrimus · badium autem antiq̄ vadium dicebant ꝙ inter cetera ani malia fortius vadat · ipſe eſt et ſpadix quē fenicatum vocant et dictus ſpadix a colore palme quā ſiculi ſpadicā vocāt· glaucus ve ro eſt velut pictos oculos habēs & quodā

ſplendore profuſo. giluus autem melinus color ē ſubalbidus guttatus albus nigris interuenientibus punctis. Candidus aūt & albus inuicem ſibi differunt. nā albus cum quodam pallore eſt. candidus vero niueus & pura luce profuſus. Canus dict9 ꝙ ex candido colore & nigro eſt. Scutulatus vocatur propter orbes quos habet cādidos inter purpureos. Varius ꝙ vias habet colorum impariū. Qui autē albos tm̄ pedes habent peteli appellantur. qui frontem albam cādidi: Ceruinus eſt quē vulgo gauronem dicunt. Eranem idem vulgus vocat ꝙ in modū aerii coloris ſit: Mirteus autem eſt preſſus in purpura: Doſinus autem dictus ꝙ ſit color eius de aſino. idē & cinereus. Sunt autē hi de agreſti orti generi quos equiferos dicimus. & pro inde ad vrbanā dignitatem tranſire nō poſſunt Mauron niger eſt. mauron enim greci nigrum vocāt: Mānus vero equus breuis ē quem vulg9 bruniciū vocar. Veredos antiqui dixerunt ꝙ veherēt redas id ē ducerent vel ꝙ vias publicas currāt per quas & redas ire ſolitū erat. Equorū tria genera ſunt. vnum genus roſeum preliis & honoribus aptū. Alterū vulgare atqꝫ gregarium ad vehendum nō ad equitandum aptum. Terciū ex permixtione diuerſi gen̄is ortum. quod etiā dicitur bigenerum quod ex diuerſis naſcitur. ut mulus. Equi fluuiales quos ipotomas vocant eo ꝙ hi generantur in nilo flumine tunc cum in alto aquarū ſunt non ambulant ſed natāt. nec veſtigio vtūtur pedis ad incedendum. ſed tunc extremo repunt: Equi marini dicti ꝙ prima parte equi ſunt. poſtrema ſoluūtur in piſcem: Equiuoca ſunt qn̄ multarū rerum vnū nomen eſt ſed nō eadem diffinitio. ut leo. nā quantū ad nomē pertinet et verus & pictus et celeſtis dicitur. quantum ad diffinitionem pertinet aliter verus diffinit̄. aliter pictus. aliter celeſtis Equormer dictū eſt ab equalitate. Equus pegaſus alatus pēnatus Equanimos tolerātes Equando aliqn̄ ex quando: Equus trutinans zeltend roſz: Equiſio ippago aurigarius: Equoreus merilıher. Equidē ego quidem: Equitas vel iuſticia vl̓ numerus: equitum: Equa lance. aequali pondere. Equiperabile cōparabile: Equiperantes equiter imitantes: Equiperat equat Equitatus ge ritt: Equus vir ſanctus: alibi in mala parte: Equus emiſſus qn̄ equam ſequitur: Equus emiſſarius qui mittitur

ad iumenta: Eques & equeſter vnū ſunt. Eques milites dicti ꝙ equo ſedeāt: Equ9 ſonipes cauallus: ¶ Errabant circuibāt vagabant. in diuerſum currebant: Eraclea ciuitas campanie: Eracles hercules graece: Eraclite heretici. ab eraclito autore exorti. magna conſtantia recipiūt cōmunia. reſpuunt regna caelorum & paruulos habere: Eram dn̄am: Errantem vagantem: Erratum turpitudo macula ſordes nota labes ferumen delictū culpa viciū malefactum. facinus ſcelus flagiciū nephas probrum ignominia. piaculum. ſacrilegium: Erato vna ex muſis poetarum fuit: Erato nomē muſe. inueniēs ſimilem: Errator deuiator reus. obligator: Errauit peccauit. temere fecit. lapſus eſt. deliquit. perperam fecit. ¶ Erbarum nomen a barbaris inflexum creditur ꝙ terris fixis radicibus adherent Erba calicularis a latinis dicta. ꝙ calliculi eius in figuram catarrorum naſcanī. hoc eſt malipunici quod greci ciamū vulgus milindrum dicūt: Erbam pulicarem latini vocant. ab eo ꝙ ad licinia faciat. ipa eſt & flomos ſiue labras: Erba ſalutaris a latis vocatur propter ꝙ dolorem capitis et ſtomachi incendiū mitigat. Erbam ſanguinariam latini vocant ꝙ miſſa in naribus ſanguinem vomat. Erbam ſalutarē latini ab effectu operis vocant. Erbidum & herboſum ita diſtīguimus. herbidum dicimus locū in quo herbarū viriditas nunq̄m ceſſat Herboſum autē qui herbam facile generat et ad tēpus areſcit. Erbitū vocauerunt paſtores eo ꝙ vicē prebeat pecoribus vbi paſcua deſunt Eramentum her. Erarium: ſchaczhus. Eram vita ſublimis. Eraclitus glorioſus interpretaī. Eradicat auruncat. etrūcat. Eran9 ſtirps. Er ſol ignis. Errāsgēs heretica. Eraſtus frater meus videns Erratice erronee Errata errores. ut illud & ſua errata emēdant. Erbū a greco trahit vocabulū. hoc enī illi orobū dicūt. ꝙ dū ſit quibuſdā pecoribus infeſtū tauros tn̄ efficit pingues. Erbū genus legumis. Ercine aues dicte ab ercinio ſaltu germāie vbi naſcuntur. quarū pēne per obſcurū emicant vt q̄muis nox obtēta denſis tenebris ad pſidium itineris dirigendi iacte interluceant curſuſqꝫ vie pateāt inditio plumarū fulgētiū. Erciſcunde ē diuiſio hereditatis inter heredes. erciſcūde enī apud veteres diuiſio nūcupaī. Ere cā ex orōe qd̓ agiī Ereb9 loc9 apd̓ inferos vbi ſceleratorū aīe cōcludūtur. E regiōe e latē. Erepta rapta liberata

Ereſipila eſt quã latini ſacrũ ignẽ appellãt per antifraſin ſiquidem in ſuperficie rubo re flãmeo cutes rubeſcũt· tunc moto rubo re quaſi ab igne vicina inuadunt loca· ita vt etiã febris excitet· Erexit ſe euaſit ex/ ceſſit erupit effugit extulit ſe abiit elapſus eſt· Erebum profundũ infernũ: Erectum eleuatũ cõſtructũ· Erecta auulſa· E re· de re vel ex cauſa cõueniens: Erebus tenebre Erepſiſſent irruiſſent· Ereptis· ſublatis· Ereptus liberatus vel ablatus raptus Ere natius lepus vel gens inualida: Ereticus diuiſus· Ereſis ſecta inſecutio· Eretatio tu ba· Erga circa iuxta aut apud· Ergab ad quem locũ ionathas filius ſaul dirigit mi litaribus iaculis ſe exercens ꝓ quo aquila et ſymmachus interꝑtati ſunt lapidẽ· licet in alio loco et ſimmachus pro hoc innpepi mcppon dixerit· Ergata virinus opator· vel operarius vir: Ergat circat· Ergaſtu/ lis duris opibus· Ergaſtula vincula· vel manice: Ergaſtoriũ grecus ſermo eſt id ẽ oparium vbi opusfit vel taberna vbi alic9 operis exercitia gerunt: Ergaſteriũ locus eſt vbi opus aliqd fit: Greco enim ſermõe erga opera· ſterio ſtatio id eſt operaria ſta tio: Ergaſtula quoq; et ipa a greco voca/ bulo nũcupantur· vbi deputant noxii ad aliquod opus faciendũ· vt ſolent gladiato res et exules qui marmora ſecant et tantũ vinculorũ cuſtodiis alligati ſunt: Ergaſtu lum carcer vel opus vbi dãpnati marmo/ ra ſecant· vel aliqd operant qd latine me/ tallum dicitur: Ergaſtula cõpedes vel ru ſtici carceres in qbus cõpediti ſerui tenent Ergo cum ꝓducitur cauſam ſignificat· cũ corripitur cõiunctionẽ: Ergatiuũ cõtẽpla tiuũ: Ergo quaꝓpter ideo et ꝓpterea hac de cauſa: Ergo cauſa vel opera: Ericii qui exinde dicuntur ita ſpinoſo defendũtur te gmiue vt nec cõtingi quidẽ poſſint: Ericiũ animal ſpinoſum & cooptũ qd exinde no minatum dicitur eo ꝙ ſubrigit ſe· quõ ſpi nis ſuis clauditur quibus vndiq; ꝓtectus eſt cõtra inſidias· nam ſtatim vt aliqd ꝑſen ſerit ꝑmum ſe ſubrigit atq; in globũ cõucr ſus in ſua ſe arma recolligit· Huius prudẽ tia quedã eſt· nam dũ abſciderit vuam de vite ſupinus ſe volutat et exhibet natis ſu is· Virgl. Erictonius minerue & vulcani filius de ꝓiecto in terrã ſemĩe vt fabule fe rũt procreatus· Hic athenis regnauit pri muſq; quatuor equos iunxit atq; iunoni currũ dedicauit ſic virgl· auctor dicit Pri mus erictonius currus & quatuor auſus iungere equos rapidiſq; rotis inſiſtere vi/ ctor· Erictonius rex athenienſiũ nouiſſi/ mis annis hieſu naue mortuus reperitur· Huius parentes vulcanus et minerua fu iſſe dicũtur ſed quia mineruã virginem vo lunt in amborum cõtencõe eſſe· vulcanũ cõmotum effudiſſe aiunt ſemen in terram atq; inde hominẽ natum tali cauſa habent ei inditum nomen· greca enim lingua eric cõtentio ethon terra eſt ex quibus duob9 cõpoſitum vocabulũ eſt erictonius: Erida nus fluuius: Eriſuſa inſula maris magni Erige cõſtrue Erigo nomen herbe a gre/ cis dicitur ꝙ vere ꝑmo renaſcat· vnde etiã latini ſenicionem vocant naſcitur per ma/ cerias· Erigone icari athenienſis filia: Eri/ mãthus archadie fluui9· Erimãtus mons theſſalie: Erimantus mons archadie ĩ quo occidit hercules aprum nimie magnitu dĩs Erinatii nuncupantur fere magnitudine mediocri caniculorum de cauernis petraꝝ procedentes gregatim in heremoq; · etiam contra mare mortuum depaſcuntur· Eri/ nis nomen furie eſt· Erilem dñicum· Eri lem fortem· Erilis iuuenilis: Eripidem ve locem: Eripit velocius producit· Eripit li berat: Eripit adiuuat ſuccurrit ſubuenit ſu ſtinet opem fert auxilio eſt ſubleuat opitu latur ſuffragatur tuetur preſidio eſt defen dit protegit propugnat preſidet: Eripi/ unt auferũnt rapiunt· Eripus piſcina lõ ga· Eripit abſcidit abripit proripit veloci us producit liberat· Erinum ·i· carmen la menti vel funeris: Eris flos fit ſeu gignit cõflationibus reſoluto atq; reliquato aere repẽtina enĩ denſitate tanq; de ſputo rapi tur flos: Eriſibe erugo meſſis ·i· rubigo· Eriſibe in ꝓpheta erugo meſſium grecũ ẽ Eriſipila ·i· ignis ſacer· Eris grece certamẽ dicitur· Erix rex· Eri domini· Eritrea no mine erofila vna eſt de decem ſibillis in ba bilone orta que grecis ilium petẽtibus va cinata eſt perituram eſſe troiam et homeꝝ mendatia ſcripturum· Dicta autem eritrea que in eadẽ inſula nata inter omnes ſibil las celebrior ac nobilior erithrea perhibet Eritia electre filia coniunx boree· Erix· mons ſicilie· Erix enee frater· Erithre9 ru bicundus interpretatur· Erithreum mare id eſt rubrum mare: Ermafroditus quod eſt nomen compoſitum a mercurio et vene re· nam grece mercurius ermer dicitur· ve nus afrodite vocatur· hoc ẽ ſpumea quia afro grece ſpuma dicitur hinc ermafrodi/ tus qi ermis et afrodite fili9 Ermafroditi

nuncupati·eo ꝙ in eis vterq̄ ſexus appa
reat Erma quippe apud grecos maſculus
afrodi femina nūcupatur·hi dexteram mā
millam virilem ſiniſtrā muliebrē habentes
viciſſim coitū gignunt & pariūt·Ermana
calamitas Erma vbi pars populi ceſis iſra
helis abimelech & chananeo quē in deu/
tronomio amorreū ſcriptura vocat Erma
& hanc ieſus cepit rege illius interfecto q̄
fuit in ſorte ſimeonis ſeu iude·Erma ana/
thema·Ermen graece interpretem latine:
Ermen eufo interp̄tatio ·Ermes grece di
citur a potes aretis quod virtus latine in/
terp̄tatur:qui ob virtutē multarūq̄ artiū
ſcientiā trimegiſtus id ē ter maximus ap/
pellatus eſt·ip̄e eſt et mercurius·Ermene
amazon interp̄tatur.Ermenetimata inter
pretatiōes ·Ermiſcion lapis inter gratiſſi/
mos aſpicitur·ex igneo colore radiās auro
portantē ſecum in extremitatibus candidā
lucē :Ermogeniani heretici ab ermogene
quodam vocati qui a materia non natam
inducens deo nō nato eam cōparauit·ma/
tremq̄ elementorum ideam aſſeruit·quos
apl's improbat elemētis ſeruiētes ·Ermon
mons eſt longe diſiunctus ab irl'm id eſt a
ſion·Ermo autem interp̄tatur lumē exal
tatum·alii autem dicūt anathema id ē alie/
natio·Ermula ſtatua ſine mām̄bus·Ermus
fluuius aſie·qui ſmirneos ſecat campos·et
ipſe ſicut pactolus fluctibus aureis etiam
harenis plenus a quo & ſmirna vocatur·
Eroas dicūt gentiles a iunone traxiſſe no
men·grece enī iuno era appellatur & ideo
neſcio quis filius eius ſecundum grecorū
fabulā eros fuit nuncupatus hoc videlicet
velut miſticū ſignificante fabula ꝙ aer de/
putatur iunoni vbi volunt eroas habitare
quo nomine appellant̄ alicuius meriti ani
me defunctorū quos eroas·i· viros ere /
os et celo dignos ꝓpter ſapientiā et forti/
tudinē dicunt·Erodes pellicius vel glorio
ſus clara ethimologia·Erodiani qui hero/
dem xp̄m eſſe pronuntiāt· Erodios grece
aues quos latine diomedias dicunt·Erodi
us fulicha grece·Erofila ipſa eſt erithrea·
Eroicū carmē dictū quo virorū fortium
res et facta narrant̄·nam eroas appellant̄
viri quaſi erei et celo digni ꝓpter ſapientiā
et fortitudinē. Quod metrū auctoritate ce
tera metra precedit·Eromantia grece dicit̄
qui ex ere diuinānt ſicut ydromantii qui ex
aqua·mantia enī diuinatio interpretatur.
Eros dn̄s vel vir fortis·Erogat·dederit·
planum facit extendit. Erogitat exquirit

Eroncleos virorū fama: Erodius animal
fulicha grece vel ardea: Erronei errantes.
Erotema interrogatio·Error obliuio Er/
ror vaticinatio vl' incerta via vl' dolus Eroy
darū muſarū vel antiquarū fabularū· Er
rores cōcionationes·Erpica hekida.Erpil
los herba q̄ aput nos ſerpillus vocat̄ ꝓ eo
ꝙ radices eius longe ſerpūt·eadē & mr̄is
animula ꝓpter ꝙ mēſtrua moueat· Erſo
lignū·Erpillū hoc eſt cicer agreſte·Erube
ſcendū·deforme enorme tetrū fedū turpe.
Eruptio barbarice verſio dilapidatio Eru
ca quā vulgo dulā vocāt wilderſenff.Eru
ca vermis modicus q̄ toto corp̄e ī terra re
pit graſwrm·Eruca frondiū v̄mis in ho/
lere vl' pampino inuoluta ab erodēdo di/
cta de qua meminit placidatus imitat9 ne/
quā beſtiā et maleficam inuolutā in pampi
no implicat·ſed idem nec aduolat vt locuſta
vt huc illucq̄ diſcurrens ſemipaſta dimittat
ſed permanet perituris frugibus ·et tardo
lapſu pigriſq̄ morſibus vniuerſa cōſumit
Eruca herba dicta quaſi vruca ꝙ ignite ſit
virtutis et in cibo ſumpta veneris incen/
diū moueat Huius ſpecies due quarum
altera ſuauis altera agreſtis acrioris virtu
tis vtraq̄ veneris cōmouens vſum·Eru/
ctans euomens exhalans: Eruditorium·
ſeuolhus· Eruderās purgans rudera vel
ſuſtollens·Eruditio doctrina litterarū ſciē
tia ſtudiū ingeniū artium cognitio vel no/
tio:Eruditus litteratus lr̄is doctus:Eru
ere inueſtigare explorare ſcrutari inueni
re euertere protrahere in medium protra/
here in lucem vel in cōſpctū euomere ex
cludere euellere eximere expellē eicere edu
cere extrahere ſubmouē loco expellē ſub/
uertere: Erugo vicium ferri ab erodendo
dicta non ab eramento: Erumna calami/
tas infelicitas labor exitium peſtilentia lu
es contagium:Erumnoſus· pauper aut
laborioſus.Erumpit efferueſcit exeſtuat·
habundat manat ſerpit vulgatur Erunca
re eradicare radicitus eruere· Erupit eua/
ſit exceſſit effugit extulit ſe elapſus ē emiſ
ſus eſt:Eruſci tuſci.Erus dominus· Eru
tudo dominatio Eruripus piſcina longa·
Erutus liberatus.Eruunt euellunt. Eru
dimini intelligite.Eruſcis herbis. Eruere
euertere uel inueſtigare.Erudire ·docere.
Eruditus doctus imbutus.Eruditio diſci
plina doctrina· Erugo ſanguiſuga vel ti/
nea·Erugo vero ſegetum dicta ab aura eo
ꝙ aureum colorem in ſe habeat·Erugines
ſanguiſuge·Erumna menſura·Eruncat·

planum facit: Eruit e gerit eripit: Erun/
care eruere vel radicitus eradicare: Eruta
euerſa erepta conuulſa liberata: Erumna
clades labor miſeria vel luctus: Eruli do/
mini: Eſaias ſalus dn̄i: Eſaias interp̄tatur
ſaluator dn̄i et merito quia ſaluatorem vni
inconcuſſa potentia ſtetit : Regnum vero
kartaginenſe a conditione vſq; ad uerſiōꝫ
eius paulo amplius quā lxx·annis ſte/
tit: Neque regnum macedonicum a cara/
no vſq; ad perſen paulominus q̄m ſeptin
gentis·vtrum tamen ſeptenarius ille nu/
merus quo iudicantur omnia terminauit
Romanum autem imperium qđ vſq; ma
neat in finem babilonici regni ſurrexit :
Deniq; eo anno nini et babilonis regnū ī
medos diriuatum eſt quo anno apud lati
nos porchas amulii · & numitoris pater
Auus autem ree ſiluee que mater romuli
fuit·regnare cepit·ſub vna enim eademq;
conuenientia temporum illud cecidit illud
ſurrexit·tunc orientis occidit· & ortum ē
occidentis imperium Vnus enim et ver9
deus mutans regna et diſponēs tempora
Itaq; anno ab vrbe cōdita ſeptingēteſimo
quinquageſimoſecundo idem ceſar augu
ſtus ab oriente in occidentē· a ſeptentriōe
in meridiem·ac per totum oceani circulum
cunctis gentibus vna pace cōpoſitis iani
portas tercio tunc ipē concluſit· quas ex
eo per duodecim fere annos quietiſſimo
ſemper obſeruatas ocio Igitur eo tempore
id eſt eo anno quo firmiſſimā veriſſimāq;
pacem ordinatione dei ceſar compoſuit na
tus eſt xp̄us·cuius aduentu pax iſta fa/
mulata eſt· in cuius ortu audientibus ho/
minibus exultantes angeli cecinerunt :
Gloria in excelſis deo Et in terra pax ho/
minibus bone voluntatis. Regreſſus eſt·
redit reuertitur remeauit·recurrit reuerſ9
eſt Regula dicta ꝙ recte ducit· nec aliqñ
aliorſum trahit Alii dixerunt regulam di
ctam vel ꝙ regat·vel ꝙ normam recte vi
uendi prebeat · vel ꝙ diſtortum prauūq;
quid corrigat Regula dicta quaſi rectula
& impedimentum non habeat: Regulare
es dicitur qđ ab aliis ductile appellatur q̄
le omne cuprum eſt· ductile autem dicitur
eo ꝙ malleo producatur· ſicut contra fuſi
le quia tantum funditur·hoc et caldarium
ꝙ tantum funditur·nam malleis fragile ē
ſiquidem omne aes diligentius purgatū
in igne intus excoctumq; regulare efficiī
Regulus ſecundus a rege Regulus nom̄
ſerpentis baſilei Regulus dictus eo ꝙ ſit
rex ſerpentium· vnde et a grecis baſiliſcus
vocaī·hi ſunt et ſcorpiones·arentia quoq;
ſectantur· poſt ad aquas venerint hidro/
fobas et limphaticos faciunt Regum con
ciliis. regum cetibus. Regumen· regimen
vnum ſunt· ſed propter euphoniam me/
lius regimen ¶ Reicit faſtidit ſpernit aſp/
natur deſpicit cōtempnit reſpuit repudiat
aduerſatur deflat deſpuit dedignatur irri
det depoſuit tacet occultat ¶ Relabitur re
currit reuertitur refert recedit Relata re/
uerſa reducta: Relatio criminis eſt · quā
ideo in re factum dicitur · ꝙ aliquis ante
iniuriam laceſſitus ſit Relatio que fertur
ad aliquid· cum enim dicitur filius demon
ſtrat & patrem hec relatiua ſimul incipiūt
nanq; ſeruus ac domin9 prior ſeruo·nec
ſeruus domino·alter enī alteri preeſſe nō
poteſt Relatiua nomina dicta eo ꝙ ad aliā
referuntur perſonam·ut magis ſunt· illa
autem que dicuntur ad aliquid qualiter ſe
habentia aut contraria ſignificatiōe dicta
ſunt·ut dexter·dici enim dexter nō poteſt
niſi ſiniſter fuerit· Relatiua ꝓnomina di/
cuntur·quia ad interrogationem referunī
ut quis eſt qui fecit iniuriam· reſpondeī·
hic eſt Dicitur eo ꝙ preſentem rem ad me
moriam reducat Relatiuū dum vnus no/
minatur· alius demonſtratur Relatiōe re
portatione Relatum refertum reportatū
regeſtum Relegauit in exilium longe mi
ſit in abditam partem poſuit aut in metal
lo religatus exul Relegatus eſt quem bo
na ſua ſecuntur ·deportatus quem non ſe
cuntur Inter eū qui in inſula religatur·et
eum qui deportatur magna differentia ē
primum ꝙ religatum bona ſua ſecuntur
niſi fuerit ſententia adempta Deportatū
non ſecuntur niſi palam ei fuerit cōceſſuꝫ
ita fit ut religato mentionem bonorum in
ſententia haberi non poſſit deportato no
ceat Item diſtant etiam in loci qualitate ꝙ
cum religato quidem humanus tranſigi/
tur·deportatis vero hec ſolent inſule aſſi
gnari·que ſunt aſperrime queq; ſūt pau
lominus ſumme ſupplicio comparande:
Releo remetior Releueī leuigaretur Rele
gens renauigās Relegit ſublegit· iā olim
cernit Relictus deſertus deſtitutus Rele/
uandum ʒilibrana: Relictam deſertam di
miſſam Relicti neglecti deſerti remiſſi Re
liquum eſt·par eſt·ſuper eſt·extat manet
ſuperat remanet reſtat reſiduum eſt Reli
gio ſanctitas caſtitas pudicicia integritas
temperantia · continentia· deuotio ſacra·

bonitas· pietas· reuerentia : Religio dei
veneratio. Religio dei cultus eſt Religio
ſa domorum limina templa. Religiones·
ſuperſtitiones : Religioſa grece anaſtaſin
Religio appellata ꝙ per eam vni deo re
ligamus animas noſtras ad cultū diuinū
vinculo ſeruiendi· qđ verbum compoſitū
eſt a re· & legendo id eſt eligendo · ut ita
latina videatur religio ſicut eligio· tria au
tem ſunt que in religionis cultu ad colen/
dum deum in hominibus perquiruntur·
id eſt fides ſpes caritas in fide quid ſit cre
dendum· in ſpe· quid ſperandum· in cari
tate· quid ſit amandum Religionem & fi
dē inter hec ē diſtantia· fides eſt credulitas
qua deum confitemur· religio cultꝰ· quē
illi credentes exhibemus: Dicta aūt fides
ab eo ꝙ ſit id eſt inter vtroſqꝫ placidum ē·
quaſi inter deum et hominē Dicta quoqꝫ
religio eo ꝙ ea homines religantur vincu
lo ſeruiendi ad cultum diuinitatis. Inter
religionem & ſuperſtitionem hec differen
tia eſt· ꝙ religio eſt in virtute · ſuperſtitio
vero in vitio· id eſt in cultu inlicito Reli/
gioſum vocamus qđ ad homīes iuſtos ꝑ
tinet. ſacrū vero qđ ad deū. Religioſus ut
ait cicero a relegendo appellatus qui retra
ctat et quaſi redigit ea que ad cultum diui
num pertinent· hi ſunt dicti religioſi ex re
legendo tanquā ex elegendo elegentes· ex
diligendo diligentes· ex intelligendo intel
ligentes. Relinquo deſero. Relinquit· di
mittit· linquit · pertranſit : Reliquatum
metaforicos dictum reliquatum . Reliq̃s
donauit· reliquas grecorum Reliquas re
ſiduas partes. Reliqua fauille Aberoana
Reliquit· preuenit· preuertit· anteceſſit ·
antecapit · antecellit· precurrit· preceſſit·
occupauit· preſtat· deſeruit· dimiſit· exce/
dit : Reliquie id eſt oſſa· cineres · vmbre·
anime ſimulachra Reluctans incertus du
bius heſitās ꝑdens ſtupens fluctuans in
conſtans Reluctantes· obſtinentes· impe
dientes. Recluſum· retruſum: Reluctat̄·
retardat· moratur· decurrit· occurrit· obni
titur· contradicit. Reluere· reſoluere· lu/
ere enim ſoluere eſt. Relucas preponen/
tes hac magi ſecretis hic: Relucas doctri/
nas vel diſciplinas magorum oſtendi vult
¶ Remaſcellata virili virtute reſumpta Re
maſtigat ruminat. Remeare· regredi· re
uertere redire Remedium eſt condecet· cō
uenit· prodeſt· ꝓ re eſt· iure eſt· fructū eſt
bonum eſt· cōpendium· lucrum Remenſo
renauigo. Remetior· conſidero recolligo:

Remex ruder· dictus ꝙ remum gerit. ſit
autem remex quō tubex dicitur nomīati
uo caſu· non aūt tubex ſed tubicen dicēdū
eſt ut tubicen cornicen . Rem familiarē rē
priuatam· rem domeſticam· patrimoniū
Remi a remouendis et diſcutiendis flucti
bus dicti ſicut tonſores a tondendis· et dei
ciendis capillis: Remigium gubernatio.
Remigium alarum regimentum pinnaꝝ
Reminiſcit̄ recogitat· redit· recolit· in mēo
riam recipit· in mente cogitat· repetit ani
mo· recordatur: Remigio gubernatione.
Remis inſurgimus· nauigamus : Remiſ
ſus· benignus· beneficus· ſimplex· bonus
mitis· dexter ſuauis· dulcis· cōmunis· io/
cundus tractabilis· indulgēs· pius· humi
lis: Remiſſius cōmodius Rem non in no
ſtra lingua excelſa interciſio dicit̄ Rē nouā
appetens rerū nouarum cupidus· bona/
rum rerū auidus Remordet anxiam facit
ſollicitat cruciat ledit : Remotio criminis
eſt cum id crimē qđ infertur ab ſe & a ſua
culpa vi· et poteſtate in alium reū demouē
conatur. Remotum· abſconſum· latens·
ſublatū· vel de medio ablatū · iterum poſi
tum Rempublicā miniſtrat· populi rem
exequitur· res enim publica dicitur apud
romanos quā nos rē patriā id eſt rem po
puli eſſe negare non poſſimus· ppl̄m aūt
non omnē cetū multitudinis dicit· ſed ce/
tum iuris conſenſu et vtilitatis cōmuniōe
ſociatū: Remugit ꝓ immugit· reſonat Re
mungit ꝓfert Remus ruder. Remulcens
rem placans· repropitians· reducens: Re
mulcum funis qua deligata nauis trahit̄
vice remi de qua valgiꝰ· Hic mea me lōgo
ſuccedens prora remulco· Letantem gratis
ſiſtit ī hoſpiciis Remus arbitramur Remꝰ
dicitur lorum qđ continet tubam Remur
arbitramur ¶ Renale dictū ꝙ a renibus li
gatur · idem et lumbare eo ꝙ a lumbis re
ligetur Renarrabant exponebant Renes
ait varro dictos ꝙ riui ab his obſceni hu/
moris naſcantur· nam vene & medulle te
nuem liquorem deſudant in renibus· qui
liquor rurſum a renibus calorem veneri
ore ſolutus decurrit . Poſiti ſunt autem
in ſeptima vertebra ſpine vbi lumbi ſunt·
& ſunt natura maculoſi colore libidi·
foris recti interius autem curui· hi ge/
nitale ſemen portant· & ex iſdem exeunt
vene due velut fiſtule continentes ilias
ambas veſicam & teſticulos quibus calo/
rem vel ſemen adminiſtrant : Poſiti ſunt
autem inter adipē et carnē oblōgam intra

ſpinam in viſcera que eis calorem vel vir tutem preſtant. Reniiens vultus dicitur letitia vel riſu perfuſus. Ren lenti hinc renunculi: Ren lentibrato. vnde & renes hinc renunculi Renititur reluctatur cōtra conatur. reſiſtit. Renitenti vultu. interdum leto et hilari. interdum ſplendet. itē florenti ſi dicamus terra renitēti Renitet. reſplendet. olet. redolet. putet. refulget. Renitere reluctare Reniti φ ſupra Renitebat reſplendebat Renitenti fulgenti ſplēdenti Renones ſunt velamina humerorū & pectoris vſq ad vmbilicū atq intortis villis adeo ut imbrē reſpuant quos vulgo reptos vocant. eo φ longiiudo villoꝝ q̄i repiant de quibus ſaluſtius Germani intectum renonibus corpus tegunt Dicti aūt renones a reno germanie fiumine vbi his frequenter vtunī: Renouare redintegrare iterare refricare reſcindere quieſcere expectare Reniet 3ubar Rennuebat recuſabat abnegauit abiecit ſubmouet Renunciauit creditori. decoxit. conturbauit. ſoluendū non fuit: Renuntiat denegat recuſat non recipit cōtradicit abnegat. Rēnuo reiacto recuſo nego refuto non conſentio Renus fluuius a rodani ſocietate ferī vocat9. quō cū eodem ex vna ꝑuintia exorit. ē aūt germanie fluuius inter tres europe maxios fluuios cōparatus qui a iugo alpiū vſq in oceani ꝓfunda curſus ſuos dirigēs romāis mēcrādus aduerſus feras gētes muros imperii cōtinet Renus ē fluuius diuidens galliā et germaniā ¶ Reor eſtimo arbitror ſuſpicor exiſtīo puto credo opinor ſentio. iudico ſtatuo conicio pono colligo anio conſpicio. mea fert opinio: Repelta lapis excelſus Repagula hoſtia ianua obices cōpages ingreſſus acceſſus limē adit9 introitus retinacula oſtia carcerū. Repagula que ad impedimentum opponunī. vel iecluduntur ſiue pudoris caſtra Repāſo recurſo reaperto Repaſtor auctor inuētor Repaſtus arbitrat9: Repatriat ad patriam redit: Reparat reſtaurat renouat. Reparatio redemptio Repedat reuertiī. redit regreditur remeat Repellit vetat inhibet cohibet interdicit arcet abſtinet ſub mouet abſterret Rependo compenſo Repono retribuo lucem reddo. Rependens compenſans. et eſt tranſlatio a peccunia: Repentinus ſubitus kaber: Repente ſubito ex improuiſo ſtatim inopinato. Repētinus a repente vocatus. repens aūt et ad uerbium & nomen poteſt eſſe. Repentia

ſiue reptilia non eſt dubitandū φ ſcriptura diuina omnes ſerpentes inielligi voluit quanquā et beſtie dici poſſunt Repperit fabricauit machinatus eſt. molitus eſt. exquiſiuit inuenit: Repperire et inuenire. ita diſtinguitur. reppermus vltro occurrentia. inuenimus vero queſita Repertor auctor inuentor Repertus inuentus rep̄henſus cognitus Repetens reconſiderās. recolens Repetit reſtaurat repoſcit redintegrat. Repetundarum iudicio accuſatur qui peccunias a ſociis accipit in hoc iudicio reus ſi ante moriatur. in bonum eius iudicium redditur. vnde & ab antiquis res eius rea bona dicebantur Repignarat pignus recipit Repit chriſit venire per terram ambulat Repletum refertum ſaciatū Emectomeno Replicare renouare redintegrare iterare repetere Replicat reuoluit Replum qđ replet Replum ſpecies mulieris ne peplum facere debuiſſet Repluentibus. exundantibus. Repcnunt. collocant. conſeruant. Reportat refert. nūtiat Repoſcit repetit. Repoſitus in remopoſitus. Repoſitum. abſconditum. infixum Reprchendit arguit accuſat improbat. vicio dat. vituperat. crimini dat obicit crimen inſimulat Repreſentare imitare aſſimulare adumbrare exprimere effingere reddere referre Reprimit refrenat cohercꝫ cohibet abſtinet. Reprobus reprobatus. Repropeat. accelerat. feſtinat. maturat: Reptauerat. ſepi9 traxerat Reptilia que quatuor pedibus nituntur. ſicut lacerti & ſtelliones non ſerpentes ſed reptilia nominantur. nam & ſerpentes repiilia ſunt. q̄ ventre et pectore reptant. Reptilia ideo dicuntur hec que natant quia reptandi habent ſpeciem & naturam. quamuis enī ſe in profundum immergant. tamen in natādo repunt Vnde et dauid ait. Hoc mare magnum et ſpacioſum. illic reptilia quoꝝ non eſt numerus. Inier reptilia autem & repentia hec differentia eſt. reptilia aq̄ꝝ ſunt. repentia vero terre Repiilia ſerpens anguis coluber draco. Reptilia ſunt que ventre & pedibus reptant Repudiat faſtidit grauatur. ſpernit aſpernatur deſpicit. contempnat reſpuit. aduerſatur deflat deſpuit irridet dedignatur reicit Repudium miſit diuortium fecit. diuortium interpoſuit. diſcidiū fecit. dimiſit. claues adempſit eiecit exegit expoſuit. extraxit exturbauit. foras coegit. precipitem tetigit. abſorpſit. foras dedit: Repudium eſt qđ ſub

teſtimonio teſtium preſenti vel abſenti mit
titur. Repudii · diſcidii · vel dimiſſionis
Rapugnans inimicum · infeſtum · con/
trarium · reſiſtens · obnitens . Repugnat ·
repellit · aduerſatur · contra ſtat · refranga
tur · contradicit · obſiſtit · impedit · oblu/
ctatur · obnititur · occurrit · aduerſatur · ob
uiam · tendit · obuiat contra tēdit refellit ·
redarguit · reuincit · refutat · infirmat · ex
cuſat · extenuat · impugnat . Repulit · ſpre
uit · ccontempſit · Reppulit · abiecit · expel
lit · iactat · proicit · faſtidiuit : Repulſum
reuocatum · repercuſſum · alienatum . Re
pulſus · apcriatus . Repulſam dicimus
iniuriam qua repelluntur homines ab ho
nore . Reputes · cogites · numeres ¶ Re/
quiem medelam · pauſam · remedium · pau
ſationem Requies ſolatium delectamen/
tum · leuamen diuitie · ſalubritas · cura refri
gerium · laxamentum · ſpiramentum in/
teruallum ſpacium . Requieſcit · pauſat :
Requirit · conſulit · querit · percunctatur
perſcrutatur · ſciſcitatur · interrogat. Re/
quirunt · in memoriam reuocant ¶ Rere
eſtimare · arbitrare . Rerum dominus om
nium rerum princeps : Rerum ruſticarū
ſcribendi ſollerciaꝫ primus eſiodus boetiꝰ
humanis ſtudiis contulit : Dein democri/
tus ampliauit : Magnus quoqꝫ kartagi/
nenſis in xxviii · voluminibus ſtudium a
griculacionis conſcripſit Apud romanos
de agricultura primus cato inſtituit · quā
deinde marcus terrentius expoliuit · mox
Virgilius laude carminum extollit : Nec
minorem ſtudium habuerunt poſtmodū
cornelius celſus · & iulius atticus emilia/
nus · ſiue colomella inſignis orator · qui
totum corpus diſcipline eius complexus
eſt : Primus ad aratrum boues iunxiſſe
ferunt · quendam priuatum hominem et
fulminatum nomine homogerum Quidā
autem oſſirim dicunt eſſe artis huius in/
uentorem · quidam autem treptolemum .
& hic eſt queſtio quomodo prima ceres
ferro in grecia vti terram inſtituit · ſed fer/
ro qualicunqꝫ non ſpecialiter vomere aut
aratro Stercorandi agri rationem primus
quidam induxit nomine ſtercutus in ita/
lia cuius ara a pico dedicata eſt rome · hic
plura inſtrumenta agriculture repperit ·
primuſqꝫ agros firmauit : Eundem qui/
dam ſaturnum putauerunt · ut maiorem
illi nobilitatem facerent · hoc nonine quo
ſplendide ſenaret · & dignitatem tituli com
pararent : ¶ Res ſunt que in noſtro iure
conſiſtunt . Iura autem ſunt que a nobis
iuſte poſſidentur nec aliena ſunt . Dicte
aūt res a recte habendo · ius autem a iuſte
poſſidendo · hoc autem iure poſſidetur qd
iuſte · hoc iuſte qd bene · qd autem male
poſſidetur alienum eſt · male aūt poſſidet
qui vel ſua male vtitur · vel aliena p̄ſumit :
Poſſidet aūt iuſte q̄ non irretitur q̄ aūt cu
piditate tenetur poſſeſſus eſt · non poſſeſ/
ſor : Res credita eſt q̄ in obligationem ita
educta ut ex tēpore quo cōtractus ſit cer
tum ſit eum debere Res ſacha : Res agmē
nonias grecorum ſocietatem . Res aſie re/
gnū Res aſie opes troie : Reſpublica totū
regnū Res diuina · reſpublica · res patrie ·
res ppl'i ſacra ſacrificia religiones puluina
ria cerimonie · are · dii · foci · penetralia · p̄rie
delubra templa ſancta ſolemnia dñi · bono
res numinū Res frumentarie · fruges fru
menta victus cōmeatus alimenta neceſſa/
ria · anni vtilitas · alimonie copia cibaria an
nona Reſſa qd apud nos dici poteſt viſi/
bilis ſiue laudadabilis temptatio Reſcindē
renouare inſtaurare reditegrare iterare rel'
Reſciſus ſucciſus Reſciſa ſoluta ſeperata .
Res dura laborioſa res aſpa . Reſedit ʒilat
pawſit Reſerare recludere apire Res geſte
virtutes laudes · bene geſta · facta fortia .
Reſides ocioſi reſidui pigri requieſcentes ·
quieti . Reſides ꝓprie ſunt q̄ miliciā detra
ctāt a rege · de militibꝰ vero ignauis dictū
Reſiduus firleipter Reſiduis laſſis exigu
is fractis lapſis fatigatis infirmis imbecil
libus feſſis languidis extremis vltimis no
uiſſimis Reſilet reſonet remouet Res ilia
fortūa troiana Reſignat apit · ſignis ꝓbat
Reſina terebintina nauigia . Reſina petui
na non frixa Reſinā greci retinā vocāt · rei
enī grece dicit̄ q̄cquit manat Eſt enī lacria
ſudore exalata lignoꝝ ut ceraſi lentiſci bal
ſami vl' reliquaꝝ arboꝝ ſiue virgultaꝝ q̄
ſudore ꝑdunt̄ · ſicut et odorata orīētis li/
gna · ſicut gutta balſami ac ferulaꝝ vl' ſucci
noꝝ cuiꝰ lacrīa dureſcit in gemmā Prima
eſt reſina terebintina ōniū preſtātior affer
tur aūt ex arabia atqꝫ iudea et ſiria cipro et
affrica ex inſulis quoqꝫ cicladibus Scđa ē
lentiſcina q̄ maſtix vocat̄ · hec ex chio inſu
la deportat̄ Tercia pinalis · q̄ꝝ alia pitinis
alia peucine · alia liq̄da · alia arida · et efferū
tur ex tirrena colofina · vn̄ etiam nomen
colofinia reſina ſumpſit Reſina genus gū
mi · pix barcꝫ · que fit ex multis arbori/
bus cuius ſuccus per corticem exit : Re/
ſipit · intelligit · recordatur iterum ſapit :

Reſipit venit ad ſanitatem·ad ſe vertitur·
fit ſui conſcius Reſipiſcit intelligit· ſapien
tiam recipit ad intelligendum redit · eo ꝙ
mentem poſt inſaniam recipit Reſipiſcens
mētem quā poſt inſaniam recipit· aut qa
reſapit quia ſapere deſierat· caſtigat enim
ſeipm dementie· & confirmat animū ſuū
ad rectius viuendum· cauens ne iterū cor
ruat Reſiſtit nunc tacet Reſiſtite· contradi
cite· abnegate· reuincite impugnate Reſi/
ſcat dimittat: Reſiſtere vitare vel male dicē
obſtare Reſis locutio Res nauales nauti
ca claſſes· marittma nauigia rates naues·
prora puppis carina mioparon lembus ·
barbarca lemnunculus ſcaua cimba libur
na rudentes anchore funes retia Reſonan
te echon reddunt eundem ſonum Reſonat
boat· reſultat· clamat· murmurat· ſonitum
implet· concinit concrepat perſonat Reſol
uere rumpere aperire pandere diſſipare li
berare Reſoluor aperior. Reſoluit aperit
ſopore laxat· abſoluit diuidit vel repellit:
Reſolutum defunctum Reſolutio de vno
ſpondeo duos pirrichios Reſopit ſoporat
Reſperſum infuſum eſt aſperſum · infe/
ctum tinctum Reſpectus timor: Reſpice
aduerte conſidera Reſpicite animaduertite
attendite· cognoſcite ·audite intelligite· ſen
tite· iudicium in vobis eſt· in veſtra manu
eſt Reſpicit· retro aſpicit· ut in euangelio·
nemo ponens manum ſuam ſuper aratrū
reſpiciens retro aptus eſt regno dei: Re/
ſpirare atomon Reſpirat redolet Reſpira
tio anxietas ſuſpirium. Reſpondent con
ueniunt· conſentiunt congruunt Reſpon
ſum· antwurt Reſponſum & reſponſoriū
hoc intereſt reſponſum ꝙ datur· reſponſo
rium verbum aut verſus qui ſepe iteratur
Reſponſoria itali tradiderunt· quia inde
reſponſoria cantus vocant· ꝙ alio deſi /
nente alter reſpondeat inter reſpōſoria au
tem & antiphonam hoc differt ꝙ in reſpō
ſoriis vnus verſum dicit· in antiphonis
autem verſus alternant chori : Reſpon /
ſoria ab italis longe ante tempora ſunt re
perta que a grecis antiphone vocata hoc
nomine ꝙ vno canente chorus conſonādo
reſpondeat: Ante autem id ſolus agebat
quiſqꝫ nunc interdum duo vel tres cōmu/
niter canunt· choro in pluribus reſpon/
dente Reſpondent apparebunt conueni/
unt Reſpuit· aſpernatur· deſpicit· contem
pnit repudiat aduerſatur deflat deſpuit ir
ridet dedignatur· reicit faſtidit· ſpernit gra
uatur. Reſtagnat · redundat · habundat

Reſtantes· reſiſtentes· ſubſiſtentes· interro
gantes: Reſtantia· remeantia· remanentia
reſidua reꝛ. Reſtes dicte ſiue ꝙ bis rates
contineant· ſiue ꝙ bis rates tendantur .
Reſtat ſuperſit reliquum ſit Reſtaurat re
parat· redintegrat· innouat. Reſtincta eſt
deflauit· redit· defluxit· conſenuit· elan/
guit· euanuit· expirauit· diſſipauit· aboli/
ta eſt· ceſſit· abſorpta eſt· deleta eſt. Reſtī
ctum eſt dicimꝰ· ſubiectos ꝑpe iam ignes
circundatos que reſtinximus Reſtituit in
ſtaurauit· recuperauit· renouauit· redin/
tegrauit . Reſticula ʒuom. Reſtis funis.
Reſtitit contradixit· abnegauit· ſtetit· Re
ſtitit repente ſtetit· Reſtringit refrenat co
hercet cohibet. Reſtrinxit redegit. Reſti/
tuit denuo ſtatuit· renouauit· reſtaurauit·
vel repreſentauit Res tulit vſus tulit· vſu
venit· factum eſt· contigit occurrit· euenit
ceſſit· caſus tulit· ſors tulit: Reſultat· relu
ctatur· contradicit· reclamat· reſonat· Re
ſuere diſſedere Reſultant· reſiliunt. Re/
ſultatio eſt reluctatio que renititur et con
tra tendit Item reſultare dicuntur vocum
ſonitus· id eſt reaudire: Reſurgere iterū
ſurgere Reſurrectio reſtitutio. Reſupi/
nus· tranſuerſus· reclinatus· Reſupinata
tranſuerſa Reſupinos dicimus ſuperbos
qui reſupini et erecti ſolent incedere Reſꝰ
rex tracum fuit auxiliator priami: Relāt
reſtituant ¶ Retardat· frenit dicunt· cohi
bet reluctatur· remoratur· Retardant ki/
marrent Retanda purganda Reteia troia
na· a reteo promunctorio troie: Retexere·
denuo omiſſa referre Retexerit· nudaue/
rit· clare fecerit· clare illuminauerit· palam
fecerit Retexit· retegit· aperit· palam fecit
occulta diſcooperit· reuoluit· replicat· fa/
bulatur· repetit. Retectis· manifeſtatis :
Retexit orbem diſcooperuit Retia vocata
ſiue a retinendis piſcibus· ſiue a reſtibus
quibus tenduntur . Retia idem & gallia
belgica· & dicta retia ꝙ ſit iuxta rhenum
fluuium Retiarius ab armature genere di
ctus· in gladiatorio ludo contra alterum
pugnantem ferebat occulte rete ꝙ iaculū
appellatur· ut aduerbium ſoſpite in ſequē
te· operiret implicitumqꝫ viribus ſupera/
retqꝫ armatura pugnabat · neptuno tri/
denti cauſa Repticulum caſſiculum adeps
inteſtina Retica ligna quibus vites retinē
tur: Retia gubernatio. Reticeo· omitto·
pretereo· ſuperſedeo· taceo ſileo· non dico
diſſimilo· neſcire me fingo· taciturnus ſū
Reticulatos· cancellatos: Retilat aperit·

demonſtrat Retina· pini reſina. Retinacla a retinendo vocata· quia his equorum impetus retinetur· eadem & habene: Reti/nacula vincula: Retiolum qđ colligit to/mas ab eo ꝙ retinet crines capitis ne effūdantur Rethonius ſonus cantilene vł numerus. Retorridus· igneus· horridus· Rethorica bene diſcendi ſcientia· in ciuili/bus queſtionibus ad perſuadēdum iuſta & vera: Dicta autem rethorica greca appellatione apotoretoreſin id eſt a copia locutionis: Reſis enim apud grecos dicitur locutio. Rethor orator: Coniuncta eſt autem gramatice artis rethocica. In grammatita enim ſtientiam recte loquendi dicimus· in rethorica vero peccipimus qualiter ea que didicimus proferamus. Nec autem diſciplina a grecis inuenta eſt a gorgia ariſtotile ermagora· & tranſlata ab his in vſum latinum a tullio videlicet & quintiliano et ticiano ſitut ita copioſe· ita varie· vł ꝑ ſtientia vel pro quantitate gretorum· ut eam lectori admirari in promptu ſit· comprehendere impoſſibile. Retpet· reddet. Rethor ſplendidus eloquens· & dicitur propter copiam eloquentie: Retractare· renouare· iterare· refricare· reſcindere· repetere· excitare· excogitare. Retractator· repetitor· nam retractare eſt repe/tere qđ omiſeras. Retractabat· cogitando meditabatur. Retractus compreſſus Re/tractant rennuunt· nam ferrum tractare eſt pugnare· retractare autem ferrum abicere eſt. Retrorſum cecidit· ſupinus cecidit Retulit· r̄nouauit· r̄ſtituit· reddidit· dixit· expoſuit· narrauit· indicauit· orſus eſt· locutus eſt· effatus eſt· diſeruit· ſermonem habuit: Retribuam· reddam: Retroactis temporibus tranſactis. Retrudit recludit Retruſum· repoſitum vel abſconſum· Retundere· referire· repercutere· verberare· Retus· coronatus· arbitratus· ¶ Reubarbarum ſiue reuponticum illud qđ trans danubium in ſolo barbarico conſtat· ꝙ tirca pontum tolligitur nominatum Reu autem dictum qđ ſit radix barbara· vel radix pontica: Reuehit· reportat· repertutit· refert· reducat· Reuelat· aperit· demonſtrat publicat. Reuelatio eſt· cum oſtenditur quitquit otcultum eſt· & ab hominibus ignoratur· poteſt hoc quoqꝫ et miſteriuꝫ nuncupari: Reuelatio dicitur manifeſta/tio eorum que abſcondita erant. Reuela/tio viſio ſomnus Reuelet· reuocabit· con/uertet Reuello· redarguo· cōuinco· recuſo tollo: Reuera vtiqꝫ certe. Reuerendi· honorandi· cum amore metuendi. Reuerentia honorificentia· honor cum pauore ex/hibetur timor: Reuerſa· relata. Reuerſus reciperatus· regreſſus: Reuertere· redire. Reuertitur· redit· remeat· recurrit· regreditur· reportauit: Reuexerat· reuellit· redarguit· impugnauit· infirmauit· extenuauit· repugnauit. Reuincto· conligato Reuinxit· religauit Reuinxit· poſtergum manus ligauit. Reuibratus iterum illuminatus. Reuibrare· reſpergere· vel reddere radios fulgoris: Reuinctum redimitum religatum· coronatum. Reuiſit· requirit· iterū viſit· ac repetit: Reuicit· diſiecit· Reuiuiſcere· reſurgere: Reuiſere· iterum videre: Reuixa reuulſa. Reuma grece latine eruptio· ſiue fluor appellatur: Reumanſſimum autem ita cognoſcimus ex huma/nitate oris et ſputa fluentia: Nauſia cum faſtidium ac vomitum & accepti cibi cor/ruptionem patiuntur· ita ut difficile cibū vel potum accipiunt. Reuocat· reſonat· reclamat· reducit· reparat: Reuocare· reſumite· mentē vel animos. Reuocant vires· reficient ſe. Reuotare· reſtituere· reuolare Refocilauit refecit· fouit Reuoluo· repeto retexo. Reuoluit· ſuſtulit· ſubmouit· re/ciprocat· proſtrauit· repetit· retexit· infert recitat· refert· replicat· vel recolit. Reuolutum dicimus apertum: Reuulſus abſciſus excluſus· liberatus· euulſus· ſublatus· eradicatus· abſtractus Reus per e· ſolam ſcribendum· deuictor aerator obligatos Reus tonmeſon in bono & in malo: Reus a re· qua petitur nuntupatus· qui quāuis ſceleris conſcius non ſit· tamen reus dicit qua diuino iudicio pro reliquis petitur: Reus a re de qua obnoxius eſt· & reatuꝫ a reo eſt nuntupatum. Reus maieſtatis primum dictus· qui aduerſus rempublicā aliquid egiſſet· aut quicunqꝫ hoſtibus cōſenſiſſet. Dictus autem reus maieſtatis· quia magis eſt ledere patriam q̄m ciuem vnum: Poſtea etiam et hi rei maieſtatis· quia magis eſt dicti ſunt· qui aduerſus maieſtatem principis egiſſe videntur· vel qui leges inutiles reipublice detulerunt vł vtiles arrogauerant: Rex regnat· regit· ſuſtinet· fulcit· ius dat· ius reddit· placet· exhortat· propitiat: Rex rector regnator vel dominus. Rex appellatus eo ꝙ regere debeat rē populi & ſalutē inter regē autem & tirannum apud veteres nulla erat diſcretio· nunc autem in vſu accidit reges

votari modeſtos & temperatos. Tirar.ni
autem grece dicuntur id eſt latine et reges
Rex autem a recte regēdo vocatur ideoq̧
recte faciendo regis nomen tenetur peccā
do autem amittitur: Nam et viros ſan/
ctos proinde reges vocari in ſacris eloq̄is
eo ꝙ recte agant ſenſuſq̧ proprios bene
regant:

Rifert·videns buccellam ſiue vidēs
bona. Riba· iudicans me Ricinꝰ
vocatus vermis caninus eo ꝙ heret in au
ribus canum· cenos enim grece canis dici
tur. Ricinus enim dicitur ab eo ꝙ poſter/
gum reicitur qđ vulgo maforte dicitur :
Ricinum eſt matronale operimentum Ri
cinum autem latino nomine appellatur.
eo ꝙ de media eius pars retro reicitur· qđ
vulgo mauuortem dicunt id eſt et ſtola a
grecis vocatur. Ricinum eſt acus ſiue ſpi
nula qua virginei crines diſcriminant Ri
cinio cincinno Rictus vocatus omnis ap
tio oris vel patefactio oſcitatus tam fere
q̄m hominis dicitur & rictus os ip̄m ſim
pliciter morſu: Rictus eſt nimia apertio
oris vnde ridemus·vel ferarum oris aper
tio cōminantis morſum. venit autē a ver/
bo ringo id eſt os apertio : Ridiculum le/
pos vrbanitas facecie ſales ioci·venuſtas·
feſtiuitas riſus ·cachinnum . Ridentes hila
res·gaudentes letantes. Rien teſticulos :
Riferas arceis. rifei monte; ſunt ſcithie.
Riſan filius gomer nepos iapheth ·a quo
paſaganos exorti putantur: Rigat· ſtat·
rigidus friget·infrigidat dureſcit contrita
eſt· ſtupet marcet torpet ſenſu caret Rigeo
facit preteritum rigui · vnde derigeo id eſt
durum facio: Rigidum firmum durum
neruoſum robuſtum validum Rigidiſſi/
mum· algidum · frigidum· frigus enim ri
gere facit & omne rigidum vtiq̧ frigidū
Rigidus ·obſtinatus· obluctās· peruicax
pertinax difficilis refactus dirus immobi
lis inreuocabilis auſteris tetricus ſuperci
lioſus·detrictus ·ſeuerus· inremiſſus· for
tis· conſtans. Rigor rigiditas· frigus ge
lu pruina hiemps ſeueritas. Rigula an /
guis: Rigua terra· fecunda opima fertil'
fructuoſa leta viridis craſſa pinguis vli/
ginoſa: ¶ Rima fiſſura tabularum Rima
ri inquirere cognoſcere ·preſpicere· proui
dere· explorare· premeditari· precipi· ſpe
culari ·ſcrutari ·indagari: Rimas fiſſuras
iuncturas: Rimatur contemplatur· conſi
derat intuetur· inſpicit inquirit ſcrutatur
circumuiſit· aſpicit · videt oculis· ſubicit
perpenſatur trutinatur Rimis iuncturis
tabularum . Rimoſa rimas habens: Rimu
la fiſſura ·vbi parua lux eſt· vel oſtenſiōe
vel veſtigio ¶ Rinatrix ſerpens·aquā ve
neno inficiēs· in quocunq̧ enim fonte fu
erit eum veneno immiſcet. Lucanus· rina
trix·violator aque: Ringitur· iraſcitur· in
dignatur· ſtomachatur·alienatur· cruciat'
murmurat: Rinas naues : Rinoceron fe
ra terribilis - gemina in naribus geſtans
cornua id eſt monoceron . Rinoceron fera
indomite omnino nature·ut ſi quando ca
pta fuerit·teneri nullatenus poſſit·impa/
tiens quippe ut fertur ilico moritur· vnde
& dominus ad iob ait. Nunquid volet ri
nocerus ſeruire tibi·aut morabitur ad pre
ſepe vacuum. Eius vero nomen in latina
lingua interpretatum ſonat in nare cornu
Rinoceron a grecis vocatur· latine interp̄
tatur in nare cornu· idem et monoceron
vnicornis· eo ꝙ vnum cornum in media
fronte habeat. pedum quatuor ita acutū
& validum: ut quicquit impetierit aut vē
tilet. aut perforet. Nam & cum elephan/
tis ſepe certamen habet. & in uentre vul/
neratum proſternit: Tante autem eſſe for
titudinis: ut nulla venantium virtute ca/
piatur. ſed ſicut aſſerunt qui naturas ani
malium ſcripſerunt. Virgo puella propo
nitur: que venienti ſinum aperit: in quo
ille omni ferocitate depoſita aut caput po
nit· ſicq̧ ſoporatus velut inermis capitur
Rinoceron animal eſt qđ grece dicitur mo
noceron·latine vero vnicornis Phiſiolo/
gus dicit vnicornum hanc habere naturā
Puſillum animal eſt ſimile hedo· acerri/
mum nimis vnum cornu habens in me/
dio capite: Et quia nullus omnino vena
torum eum capere poteſt· hoc argumen/
to eum capiunt · puellam virginem du/
cuut in illo loco vbi moratur & dimittunt
in ſiluam ſolam: Ille mox ut viderit eam
ſilit in ſinum virginis & complectitur eā
& ſic comprehenditur · & exhibetur: Ri
colophon herba cannimilon. Sed vltraq̧
nomina greca ſunt: Ripatim ripanea lo/
ca deſignat ita enim dicimus·ripatim qua
ſi vitatim: quaſi hoſtiatim: quaſi minua/
tim· & cetera talia: Ripiſtes· flauellum
grecum . Ripas pinnula terre: Ripa· &
ora et margo idem ſunt: Riſco feneſtras
parietis: Riphei ſunt montes ſcithie de
quibus Virgilius primo & tercio Geor/
gicorum : venuſte loquitur Ripheo euro

¶ Rite recte probe ornate ordinate prime apte commode·bene honeſte· pulchre ſane·ꝓſpere ſecunde·ſolemniter recte·iuxta morem legittime· ex more proprio·iuſte ſtudioſe·firmiter·iure·proprio·ſollicito · more ordinaliter inſtitutione merito conſuetudine: Ritibus· vſibus .Ritu vſu Rites ad horas·ad troias fines : Riteo troico arcto·promunctorio: Rithmica pars muſice eſt· que recurrit incurſionem verboꝝ vtrum bone ſunt·an male cohereant Rithmus numerus dicitur grece · de quo eſt illud Numeros memini ſi verba tenerem: Rithmus ſonus cantilene: Rithmico melo dulci carmine : Ritron riuus : Ritum· latrocinium· morem· conſuetudinem·obſeruantiam· cultum · ſacrificium: Ritus mos conſuetudo inſtitutum ſequela exēplum . Inter ritum et morem hec differentia eſt·ritus publicus mos populi ſermo eſt: Ritus ad iuſticiam pendet· quaſi rectus·ex quo pium equum ſanctumqꝫ ꝓſpicimus ¶ Riuola clipa: Riuales qui q̃ſi de vno amore deſcendunt : Riuales duo viri qui vnam habent vxorem: Riuales pellex ſuccuba concubina· vel qui virum & amicum habet· ſiue duo vnam mulierē amantes· ꝙ quaſi vno riuo amoris vtūtur: Riualis eſt qui cum matrimonio legittimo vxorem poſſidet alienam: Riualis proprie vxoris mechus: Riui dicti ꝙ diriuentur ad irrigandas inducendaſqꝫ aquas in agros·nam irrigare inducere eſt Riui aggerum congregatio aquarum : Riuum fluuium modicum: Riuus aque ductus·decurſus aque iter aque torrens: Riuus fons torrens fluuius ita diſtinguitur : Riuus ſubito fit celeriterqꝫ decurrit ac deficit: Fons eſt caput aque decurſus in quem naturalis manat. Torrens repentinis imbribus factus magnus habens impetum · adueniente autem eſtate calore ſolis torreſcit· vnde et nomen trahit: Fluuius autem aque decurſus generaliter. Riuus vocatur qui ſubito ex pluuia fit · celeriterqꝫ decurrit · atqꝫ deficit : ¶ Rixa dicitur lis que inter multos committitur· & iniuria conſtat: Rixa·contentio·diſceptatio·lis: Rixoſus a rictu canino dictus· ſemper enim ad contradicendū paratus eſt & iurgio delectatur contra tēdentem ¶ Riza radix grece:

ROob quam tranſierunt exploratores qui ab hieſu filio naue miſſi & vſqꝫ hodie vicus roboā in quarto lapide ſcitopoleos· ſic vocatˀ qui et leuitis ſeparatꝰ fuit. Roob in tribu aſer ciuitas ſeparata leuitis: Roob platea ſiue latitudo ſiue late. Roboob vrbs iuxta fluuium vbi erat rex edom· et vſqꝫ hodie eſt preſidium in regione gebalena· & vicus grandis qui hoc vocabulo nuncupatur. Robooth ciuitas aſſiriorum quā edificauit aſur egrediens de terra ſennar·& de hac in libris hebraicarum queſtionum diximus Roboam interpretatio populi latitudo. vel per antifraſin· ꝙ decem tribꝰ ab eo ſeparatis· due tantum ei relicte ſunt ¶ Rodii qđ hebrece dicitur· rodin interpretatur deſcendentes· aut patruus iudicans·vel viſio iudicii ¶ Rogel nomen fontis in tribu beniamī Romgellim vnde fuit bercellai galaditis amicus dauid: Rodum viſionem·aut diſſenſionem fortem: Romani ſublimes· vel tonantes Romam ſublimem ſiue tonitruum Ros caput Roos quam pertranſiuit dauid·pro qua aquila et ſimmathus interpretantur arcem: Robur fortitudo·virꝰ firmitas· & genus ligni: Robora·robuſta· ligna. Robore ſtipite : Roborare·cōfortare: Roborata confirmata· confortata Robora ligna valida . Robur virtus conſtantia fortitudo·magnitudo animi grauitas firmitas neruorum vis animi Robur generaliter dicitur ex omni materia quicquid eſt firmiſſimum Robur genus ligni quercus Robur omnis ligni cutis· & ſpecies ab eo ꝙ ſit firmiſſima robur vocatur. Robuſtus fortis validus ſtabilis valens· conſtans neruoſus lacertoſus firmus idoneus viuax magnus viribus vigens Robuſta a fortitudine roboree arboris appellatur ¶ Roda roſa grece: Rodantes flos roſe. Rodaniſo torque grece: Rodanus fluuius gallie ab oppido cognominatus quem coloni rodi collocauerunt· qui rapido concitatus curſu vel id eſt turris equoris freta ſcindens·non modicum ſepe nauigantibus facit periculum· dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta decernit. Rodet detrahet maledicit male eſtimat carpit ledit prodit cauillatur cōmedit manducat dentibus atterit Rodie leges naualiū cōmertiorum ſunt ab inſula rode cognominate· in qua antiquus vſus mercatorum fuit. Rodie et libice vue a regionibus nūcupate ſunt: Rodimus cum aliquid exterius forti anniſu atterimus Rodotis gemma roſea eſt· & ex eo nomen accepit Rodocus· roſeo colore : Rodopeia· tracia ·

Rodope & iſmarus mõtes tracie Rodos inſula cicladum ab oriente in qua roſe ca pitolium dicitur eſſe inuentum dum ibi ci uitas conderetur ex quo & vrbs & inſula rodos eſt appellata In hac vrbe ſolis colo ſus fuit ereus ſcilicet nũo ſeptuaginta cu bitorum altitudine·fuerunt & alii centum numero in eadem inſula coloſi minores : Ferunt autem quondam hant inſulam magno terrore motus fuiſſe concuſſam ut labentibus vulgo tectis · ingens quoq̃ ille coloſus rueret . Rodus inſula maris magni que offius antea vocabatur·ocche um promunctorium troados eſt. Rogat petit· precatur·poſtulat· orat·obteſtat·in uocat· implorat: Roganti· interroganti Rogare·pulſare· querere· petere· preces impendere·preces adhibere·orare· ſuppli care·precari·obſecrare· implorare· inuo/ care. Rogitat· ſepe rogat·interrogat Ro gi foci·rogi conſtructio: Rogum congeri em lignorum. Rogus iſte hec pira : Ro gum· piram· funus·buſtum·ſepulchrũ· tumulum · & monimentum: Rogus eſt compoſitio lignorum· pira quotiens cor pus combuſtum eſt. Funus mortis ap/ paratus. Buſtum corpus concrematum : Sepulchrum vbi oſſa conduntur. Tumu lum congeſtio terre in religione ſancta · quia et ſine oſſibus poteſt eſſe: Monumẽ tum vero eſt cuiuſcunq̃ rei memoria que moneat mentem : Rogus coadunatio li/ gnorum: Rogum inſtruem lignorũ vbi mortui gentilium incenduntur · vel con/ geriem lignorum qđ eſt pira: Rogum · aram·ſepulchrum: Roma vrbs que a ro mulo condita eſt & nuncupata : Romam vrbem italie & nunc principem gentium a romuli nomine vocatam & conditam fe runt : Nam poſt euerſionem troie anno quadringenteſimo quartodecimo Olim / piade autem ſextoq̃ quinto demum an/ no quatuor in medio expletis apud elidẽ grecie ciuitatem agones & ludos exerceri ſolet vrbs romana italia romulo & remo geminis auctoribus condita eſt . Cuius regnum continuo romulus parricidio im buit· pariq̃ ſucceſſu crudelitatis ſine mo/ re raptas ſabinas improbis nuptiis con/ feratas maritorum & parẽtum cruore do tauit. Itaq̃ romulus interfecto primum auo numitore · de hinc remo fratre arri/ puit imperium vrbemq̃ conſtituit : Re/ gnum aui muros fratris· templum ſoce/ ris ſanguine dedicauit Romanum impiũ a romulo exordium habet qui ree ſiluie veſtalis virginis filius cũ remo fratre vno partu editus eſt. Qui cum inter paſtores latrocinaret͂· vrbem exiguam in palatino monte conſtituit quã ex noĩe ſuo romam vocauit·hic fere ſubegit multitudinẽ fini/ timorum & in vnitate recepit centũ ex ſe nioribus elegit quoꝝ conſilio om̃ia agerȝ quos ſenatores nominauit ꝑpter ſenectu tem Tũc cũ vxores ipe et ppl's nõ haberȝ inuitauit ad ſpectaculũ ſabinoꝝ vicinas ro me nationes atq̃ earũ virgines rapuit Cõ motis bellis ꝑpter raptarũ iniuriam cin/ cinnenſes vicit autem nates·cruſtumios· ſabinos fidenatos arentem·hec omnia op pida vrbem cingunt.. Orto autem ſubito tempeſtate anno regni trigeſimoſeptimo non cõmparuiſſe fertur: Deinde romani totum orbem terrarũ paulatim belligerã/ do optinuerunt Om̃es enĩ nationes vł in terfecti ab eis vel tributo·et ſeruituti ſunt ſubiugate: Romani a romuli nomine nũ cupati qui vrbem romam condidit ·gen/ tiq̃ et ciuitati nomen dedit: Ni antea a ſa turno ſaturni· a latino latini vocati ſunt: Nam latinus italie rex fuit qui ex ſuo no mine latinos appellauit · qui poſtea roma ni appellati ſunt·quia quirinus dictus ẽ· romulus ꝙ ſemper haſta vtebatur ·quia ſabinorum lingua quiris dicitur Roma ni interpretantur ſublimes vel tonãtes·ro ma virtus grecum eſt. Roma poſt excidi um troie viginti annos condita eſt. Ple/ rumq̃ autem de huius ciuitatis conditio/ ne diſſenſio inueniť ita ut origo eius non poſſit agnoſci: Nam ſaluſtius dicit vrbem romam ſicuti ego accepi condidere atq̃ ha bitare iuitio troiani quia enee duces ſedi/ bus incertis vagabantur Alii dicũt ab euã dro ſcđm ꝙ virgi Tũc rex euãdrus romãe cõditor arcis Alii a romulo ut ẽnius Nate auſpiciis illa inclita roma Eutropius quo q̃ in libro hiſtoriarũ ſic loquiť Romulus cũ inter paſtores latrocinaret͂ decẽ et octo annis natus vrbẽ exiguã in palatino mõ te cõſtituit kł. Maias Olimpiade ſexto an no quadringẽteſimo viceſimo octauo p9 troie excidiũ conditam ciuitatẽ ex noĩe ſuo vocauit romã Poſt hũc tullius hoſtili9 eã ampliauit abiecto celio mõte. Deinde an/ cus marcius auẽtinũ montẽ ciuitati adiecit & ianiculum Poſt hunc ſeruilius tullius montes tres quirinalem·et viminalem· & eſquilinum vrbi adiunxit· & foſſas circũ murũ duxit: Ad extremũ aũt aurelianus

imperator eam muris firmioribus cinxit ac templum ſoli edificauit: Roma māma virtus ſiue regnum Romanas arces potē tiam Romuli darū romanorū Romuleus romanus: Romulus quirinus: Rombo id eſt qď in cōtrariū collocatas lineas atq; angulos habet equales Rompbea gladiū in latinū ſonat · nam vbi in geneſi dicitur gladius flammeus atq; verſatilis in greco rompbea ponitur: Rompbea gladius eſt ex vtraq; parte acutus quā vulgo ſpatam vocant· ipa eſt framea Ropalicus exametrū eſt · qď ab vni9 ſillabe verbo ad quinq; ſillabarū incremēta ꝑcedit ut eſt Rem tibi quā feci doctiſſime dulcis voram9 ¶ Rorate humore aſpergite: Rorantia humorē diſtillantia Rore leui · leui humoris aſperſione: Rorem roſmariuus dicit̃ ꝙ eſt virgulti genus Ros verbū dn̄i Rorulenta humida: Ros alij putant dictum quia ratus ē & non ſpiſſus ut pluuia Tunc autem largior ros fertur arua pfundere cū ſegnior nox eſt et lucet clarior luna Nam et ipſa largior aſſeritur et humorē terre quē toto die ſolis calor ſiccauerit eundem exiguo noctis tēpore ros deponit · et plerinq; ſub aere quieſcentes quo magis ſub lumine · ſunt lune eo plus humoris ſe capite colligiſſe ſentiūt · vn̄ et in canticis canticoꝝ Caput meum plenum eſt rore · & crines mei guttis noctis Ros grecū eſt · ꝙ illi droſor dicunt Ros ab ſpecie floris nūcupata · ꝙ rutilanti colore rubeat Roſcida rore madentia Roſcidis rorulentis vel rore plenis Roſcidum humidū rore madidū Roſcidū rore madidū Roſcū lignū foliis ſpinoſuȝ Roſe martires Roſeo ore ſpecioſo Roſea pulchra decora rubra · purpurea ſpecioſa · aurea Roſeū vinū cū rubore · roſa cui rubet Roſeus purpureus · ſeren9 vel rube9 Roſeo ore ſpecioſo Roſetis roſeo ſplēdore Roſulenti · roſei ſplendores Roſeum et roſacium ita diſtinguitur · roſeum ruborē facit · roſaceū materiā · ita color roſeus erit · roſacea corona Ros marin9 quē latini ab effectu herbā ſalutarē vocant · folia feniculi ſimilia atq; aſperſa · et rorati terre pſtrata De hac herba antea homines deos placabant Roſtrata naues vocate ab eo ꝙ in frōte roſtra aurea habebant · propter ſcopl'os ne feriātur & collidant̄ Roſtra que grece richos dicūtur · ꝓprie tantū roſtrū ut vulturis aut accipitris vel reliquarū auiū Roſtra ora pecorū vel nauiū ſiue auiū prima ps pectoris ¶ Rota dicta ꝙ ruat et rotūdȝ

a rota vocatum Rota dicta ꝙ quaſi ruat · eſt enim machina de qua a flumine aqua extrahitur: De qua lucretius · in fluuio verſare rotas atq; auſtra videmus Auſtra autem id eſt rota ab hauriendo aquas dicta Rota orbis volubilis · vel inſtablis lapſus vel volubilitas curruum: Rotabulū dictum a prurendo ſtercora · ſiue ignem panis coquendi gratia: Rotantia · voluentia Rotat girat circuit · in girum vadit Rotarum crepitus · rotarum ſonitus Rotundū glomeroſum vel teritum. Rotunditas ſin wellin ·

Vbea dicta ꝙ radix eius ſit rubra vnde et colorare lanas phibeī Rubeſcat · clarior fulgebat Ruben primitiuus interpretatur · vel videns filios · ſiue vidēs in medio · vel viſio filii inter me Ruben interpretatur filius viſionis · ſic enim quādo eū peperit lia vocauit nomē eius ruben · dicens · quia vidit deus humilitatem meā: Rubicon fluuius eo ꝙ aqua eius rubet inter italiam galliamq; fluens Rubigo obtrectatio iuuidia Rubigo dicitur a rodando id eſt vitium ſegetum Rubidus panis recoctus et rubefactus. Rubigo eſt vitiū rodens ferrum vel ſegetes · quaſi rudigo · mutata vna littera b · pro d · hec erugo ab erodendo Nam erugo vicium ferri ab erodendo dicta nō ab eramento Rubigo genus eſt vicii quo culmi pereunt ſed abuſiue Nam ꝓprie dicitur rubigo vicium obſcene libidinis qď vlcus vocatur Rubigo malignitas Ruber rotomo Rubigo ꝓpe tinea Robor panis recoctus rubefactus Rubicundus peccatis maculatus Rubiliana vua dicta quia eius materia rubet Ruborem cōſuetudinem. Rubor ruboris in facie eſt hominis confuſio vel verecundia Rubea virga ex arbore rubi facta Ruborem et roborē hoc intereſt rubor coloris · robur virtutis · robur arboris: Rubrica vocata ꝙ ſit rubra et ſanguine proxima · hec plurimis locis gignitur ſunt optima ponto · vnde et pontica dicitur . Rubrum rubicundum feniceum ſanguineū Rubꝑ vermiculum qď greci coccum dicunt Rubriginem eruginem. Rubus genus ligni ſpinoſi Rubum latini appellant eo ꝙ fructus vel virgula eius rubeat · hoc a grecis morus dicitur Rubus arbuſtula que rubicundum · poma et plena granis ¶ Ructat exprimit egerit ¶ Rudentem funem Rudentes ſunt funes nauium ax nimio ſtridore Rudēti vociferāti ſonāti Rugit9 ·

proprie vox aſinorum. Rudera ſtercora: ſterquilinia vbi fimum eſt. Rudes noui Rudimenta qua infantes ducuntur: Rudibus nouis peccatis: Rudimentizo Pnpon: Rudimenta initia tirocinia: Rudimenta cunabula initia noua: Rudis inordinatus. indoctus. inconditus. barbar9. imperitus. ſtolidus. hebes. nichil ſciens neophitus. nouellus. nouus. Rudus miſt. Rugitus. clamor aſinorum. ſicut grunnitus porcorum. Ruebant. impellebant. aſcendebant feſtinabant. aliquādo cadebant ¶ Rufus. vermiculus. rubeus Rufum. nigrum. fuſcum. Rufata gladii: Rufatus. ſanguine cruētatus ¶ Rugas collectiōes alicuius rei in unum: Rugata contracta. ruge agrum: Rugitus. ſonus. ſtridor. ſonitus. ſtrepitus. vox leonis. vnde eſt illud. rugitus leonis. & vox leene: Regiem agrum. Rugis leſun runzun. zuchun. Rugitus ferarum. mugitus equorum vł equarum venti ſonus vel ſtridor: ¶ Ruina. peſtis. pernities. interitus. internitio. funus. exitium. incēdium. caſus. Ruina. incurſione. caſu. Ruit. oritur. ſuperuenit. diuertit. diſſipat. dituit. cadit. decidit. cum impetu deſcendit. Ruit tria ſignificat. aut cadit. aut deicit. aut feſtinat ¶ Ruma gula. vnde ruminant animalia. in rumam reuocant id eſt in gulam. Rumam veteres mā mam dixerunt: Ruma. monima: Ruma eminens pars gutturis quo cibus & potio deuoratur Rumen proximum eſt gurgulioni quo cibus & potio deuoratur hic & beſtie que cibum reuocant ac remandunt. Rumigerulus portitor rumoris. inuentor rumoris. famam renuntians. timoris opinionem portans: Ruminat. pecus quando remaſticat hoc eſt ruminat vel remugit. Rumigerum pectus: Rumicis pletohba. Ruminatio dicta eſt a ruma eminente parte gutturis per quam dimiſſus cibus a certis reuocatur animalib9 Rumores. ſermones. fame captiones. opiniones auris popularis Rumor fama murmur. auditio. opinatio. ſonus. ſuſurrus. Rumuſculus. rumor breuis. famā lenem & inanem vocant rumuſculum: Rumulidi romani ¶ Rumpebat egerebat Rumpe moras. moras interrumpe. Rupeta. preita. Rubea ſaxoſa: Rumpent. pro impleuerunt virgilius Et tacta que tule rumpent arbuſta cicade. ergo rumpi diuelli ſeparari: Rumpite otius eripite

Rumpit vocem loquitur. Rumpit ſoluit frangit. Rumpunt. aperiunt. ſcindūt. ſeparant: Runcatio eſt a terra herbas euellere. nam rus terra eſt: Runcare. id eſt turpem ſonum. vel ſonitum de naribus emittere. Runa pugna: Runata preliata. Runcina. rita: Runcinum. mul. Runciam pagani prefecerunt deam. runciam tum ſegetes runcantur. id eſt a terra auferuntur ſicut et florentibus meſſibus deam floram preeſſe finxerunt: Runcones ſunt quibus vepres ſecantur a runcando dicti. hi et falcaſtra a ſimilitudine falcis vocantur: Rupa ex vtraqȝ parte cauata. Rupis. lapis. ſaxum. ſilex. ſcopulum. petra prerupta promunctoriū. ſaxa. aſpera. & ingens: Rupis abſciſſa. a rumpēdo dicta pars montis vel ſaxa ingentia vel prerupti montis ſcopula: Rupe cauata ſpelunca Rupea ſaxoſa. Rupis ſcopuli montis. Rupibus ſaxis montibus Rupi ſcidi Rupta viciata ſciſſa. Rupta turbine vehemēti vertigine Rūcare exſtirpare Ruptis euulſis ſciſſis ¶ Rura latine grece a poipa dicūtur agri. poſſeſſiones predia. vici. villes: Rura veteres incultos agros dicebant. id eſt ſiluas et paſcua Agrum vero qui colebatur. nam rus ē. quo mel quo lac quo pecus haberi poteſt. vnde et ruſticus nominatur. hec agreſtum prima & otioſa felicitas Rurigena rura habitās vel in rure natus id ē in villa Ruricola lanthuba: Ruri gignentia. terre naſcentia: Ruris opace terre vmbroſe Virgił. & ruris opace falcē pme ſub vmbras Rurſum itē iterū denuo de initio de integro de hinc de iñ deinceps ¶ Roſanti pallio roſeo pallio Roſata veſtis eſt quā greci feniceā vocant nos cocci neā reptā a lacedemoniis ad celandū colorē ſimilitudine ſanguinis quotiens quis in acie vulneretur. ne cōtemplanti aduerſario animus augeſceret. hac conſules romani vſu & milites. vnde etiā roſaci vocabant ſolebant etiā pridie q̄m dimicandum eſſet an̄ principē ꝓponi quaſi ammonitio & iuditium future pugne Ruſceus ſordidus. Rus villa: Ruſcus lignum foliis ſpinoſum Ruſcus viminis gen9 vel fruticis velut alia herba aſpa Ruſſo ꝑ rubro Ruſca ſumbri Ruſſa vel ruſeola rubra Ruſticus dictus ꝙ rus opat̄ id ē terram: Ruſticū et ruſticanū ita diſtīguim9: ruſtic9 operius dici poteſt. ruſtican9 vero p̄rfamilias Rurſus inter ruſticicatē et ruſticationē hoc intereſt ruſticitas moꝝ ē. ruſticatio operis

Ruſticitas imperitia Ruſtici bucones agri
cole coloni vel latini· Ruſtris inſignis lo
cus in roma vbi ſenatores conſiliāt ¶ Ruth
interpretatur videns· vel feſtinans·vel de
ficiens · alienigena enim erat ex popuo
gentili que relicta patria feſtinabat tranſ
ire in terram iſrahel dicens ſocrui ſue quo
cunq; perrexeris pergam : Ruta dicta ꝙ
ſit feruentiſſima· cuius altera agreſtis atq;
virtute acrior·ſed vtraq; feruentiſſime cō
probatur:hanc veneīs repugnare muſtele
docent· que ſerpente cum dimicauerint ci
bo eiun armantur: Ruta huius duo ge/
nera ſuut ortenſis & agreſtis· ſed orten/
ſis nec nimium virtutis calida omnia vene
na expellit· cum vino potata tortiones
ventris tollit::Agreſtis vero quā greci p
ganon vocant·calida eſt et mingitur et de
ducit flegma Semē eius autem cum vino
tritum omnia venena excludit.Rutilans
ſplendens Rutilat· inflammat·fulget·re
ſplendet·emicat· crebrius fulgorem emit
tit· vel rubicat.Rutilentior ·ſplendidior·
Rutilum· rotuudum· clarum·coruſcum·
rubrum· rufum·vel ſplendidum:Rutuli
gens italie. Rutupina vrbs britannnie :
Ruunt feſtinant·cadunt· nunc proruunt
& impellunt· procidunt erumpunt

Quod in prīcipio dixeramus in uo
cabilibus literis obſeruandum eo
